1 niſi oſtendatur, vel probetur cautum, extra de priuile. † porro, extra id enim quod non eſt inſertum præſumit abrogatum. inſtit. de ſucceſ. ſublatis quæ ſubaudit. in fin. extra de decimis ad audientiam. ff. de verbo. obligat. l. doli clauſula. ſ. xxiiij. q. iij. ſi habes, ſecundum Vincen. qui ita not. extra de inſti. aliàs. & qui talia ſibi non conceſſa præſumpſerit, videtur puniendus, vt dicitur. j. eo. ſic decet & eſt hinc ſimile. xciij. diſtin. diacones. propriam ea quæ. ſecunda pars. concertatione .i. contentione iniurioſa. Ioan. de ſic. turbentur. ſ. eo. q. j. c. ij. ¶ In prima gloſſ. ibi, cuſtodienda. adde ad hoc. xxvij. q. j. ſi homo eſſes. ff. de nego. geſtis. ſi aliena. §. libertos. Laudu. Et ibi. viij. q. adde. arg. ad hoc. ff. manda. l. vlti. Lauren. Et in fin. addè, vbi de hoc, & not. extra de pœnis. in quibuſdam. ibi videas in gl. permiſſum eſt &c. Guid.
2 Item redeundo ad glo. ibi. arg. † fines mandati diligenter cuſtodiendus. adde, intellige hoc quoad formā ſtudioſè appoſitam in mandato, vt ſcripſi poſt Innocen. in. c. cum dilecta. de reſcri. & quod legitur & notatur, & quod ſcripſi in. c. pilanis. extra de reſtitu. ſpoliato. Et ibi epiſcopus nihil poteſt petere, niſi quod permiſſum eſt à canone. adde ſaltē in genere de iuribus autem epiſcopalibus plura habes hîc not. per glo. & in his quę ſcripſi. extra de offic. ordi. conquærente. & . c. dilectus.

Eccleſiaſticæ. ¶ In glo. j. in fine. adde, ad idem. ſ. e. inſtitutionis. xij. di. ridiculum. xxxv. q. iij. c. j. Guido.

SVMMARIVM.

1 *Gratiani intentio, & de virtute priuilegiorum.*
2 *Reſcriptum contra ius qualiter valeat.*

1 Imperiali. † intētio Gratiani eſt tractare de priuilegijs non violandis: vnde ſicut quicquid fit contra legem caſſum eſt, & vacuum: ſic & quicquid fit contra priuilegia quæ vim legis optinent. & ideò annectit de reſcriptis contra leges, & per conſequens contra priuilegia impetratis tacita veritate, & de executiōe ſimiliter tacita veritate impetrata, illa autē. j. eo. reſcripta ſancimus principaliter ad propoſitū Gratiani referunt vt ſcilicet non credatur priuilegio niſi audenticum exhibeatur, ſicut in reſcripto. Ioan. editæ. ſecūda pars. ¶ In prima glo. in fine. adde, dic vt not. in pręd. c. vides. & extra de ſpon. duo. tua. vel dic inutilia, & pro infectus. quantum ad commodum facientis, non quoad pœnam, ſecundum Lauren. Dicit enim Goſ. de his intellige quæ effectum de iure deſiderant, & quæ perpetuam cauſam prohibitionis habent
2 Guido. Qualiter † autem valeat reſcriptum impetratum contra ius, ſcripſi extra de offic. deleg. c. ex parte. ij. in prima, & ſecunda oppoſitionibus, & præſertim in ſecunda oppoſitione.

SVMMARIVM.

1 *Quæ ſint iuri contraria.*
2 *Quando ceſsio non valeat, nec reſcriptum.*

1 Nec damnoſa. Iuri cōtraria † puta, vt minor. xiiij annis liceat teſtari. C. quando prouocare non eſt, nece. l. ij. ſ. ij. q. vj. §. item ſi ſentētia. Item pone exemplum. C. de tranſac. l. cauſas. & . l. ſi quis maior. C. ſi nup. ex. reſcrip. pe. l. ij. xxxvj. q. ij. null⁹. & adde quod no. j. proximo Aduerte bene iſta lex cōtinet duo dicta, primū eſt de impetrationibus fiſco damnoſis. Secundum de impetrationibus iuri con-
2 trarijs, vtraq; enim ꝓhibet impetrari. † Ex quo interas quòd non valet conceſsio ſi eorum aliquod impetretur. per. l. ij. C. de peti. bo. ſubla. lib. x. ſecundùm Baldum. Fallit tamen primum dictum. C. de ope. pu. l. ſi aliquando. vbi dicitur quòd à principe poteſt impetrari opus publicū, quod eſt diruptū, vel quod non cedit, vel modicum cedit vſui ciuitatis, & in eo quod not. per Gul. de cug. in. l. beneficium. C. de conſti. princip. Vbi not. Guil. quòd ſi princeps concedit rem motu proprio, veluti ad eum peruenit, videtur concedere adiacentia ſua, vt. C. de bonis vac. l. ſi quando. arg. ff. de fundo inſtruc. l. prædia. §. penul. & . C. de inceſt. nupt. l. cum ancillę. arg. ff. de ſupellec. leg. l. ſi. iuncta. l.

iij.in princip.ff.de fundo inſtruc.arg.ff.de leg.ſecũdo.l.Lucius.
&.C.de palati.ſacrarum largitionum.l. inſtrumentis.&.C. de
caſtrenſiarijs & miniſtrarijs.l.ij.l.i.xij.&.C. de proxi. ſacrorum
l.vnicuiq; §.fi.ſecundum Rayne.de forolivio. Ex quibus infer
tur quòd non habet locum iſta lex in reſcripto motu princi-
pis emanato, dummodo modicum præiudicium rei publicæ
afferat,& ſit conſuetum ita concedi,& iſta ſit prima fallentia
huius dicti. Item fallit vbi emanat ſecunda iuſsio,in authen.vt
nulli iudi.§.& hoc verò iubemus.qa illa operatur tantùm quã
tùm proprius motus ipſius principis, vt patet ex coniũctione
pre.§.& hoc verò iubemus.cum.l.j. in vltimo reſponſo.C. de
peti.bo.ſubla.lib.x.Item fallit hoc primum dictum cũ crimen
remittitur ſupplicantibus,quia tunc licet fiſco ſit damnoſum
valet tamen reſcriptum. vt infrà eodem.l. reſcripta.ij. in fine.
non enim reputatur damnum fiſco quia fiſcus in pœnis habet
lucratiuam.arg.ff.de exce.do.l.apud Celſum.§.authoritas. niſi
bona iam eſſent incorporata: quia per reſcriptum tunc fieret
damnum fiſco,ſecundum eum.Item fallit dum reſcriptum ha
beret clauſulam non obſtantiæ, puta non obſtante lege, nec
damnoſa,vt dicetur in ſimili circa ſecundum dictum huius le-
gis.j.in.l.reſcripta in fine.aliàs autem non valet reſcriptũ dam
noſum fiſco,iuxta illud quod legitur & not.C.de decurio.l.va
cuatis.lib.x. Item quod dictum eſt de bonis incorporatis non
impetrabilibus,inducit Baldus ad hoc, quòd ſi Papa remitte-
ret criminoſo pœnam,quæ iam fuiſſet exacta,& fiſco applica
ta,de hoc mentione non facta, talis impetratio non valet: &
idem ſi ſuper illa pœna iam compoſuiſſet,cum camera,& im-
petrans compoſitionem tacuiſſet.arg.extra de deci.c. ex multi
plici cum ſimilibus.De ſecundo autem dicto huius.l.dicam.j.
in.l.reſcripta.

SVMMARIVM.

1 *Quædam quæ ſunt nociua aliquando conceduntur.*
2 *Quando reſcripta contra ius à iudice reijciuntur, & de eorum virtute.*
3 *De intellectu.l.ſi quando.C.de inoffi.teſta.*
4 *Quomodo reſcriptum dicatur nullum.*
5 *Aliqua ſpecialia de authoritate principis.*
6 *An Papa ſit maior imperatore,& de eius nominibus, & poteſtate.*
7 *An imperator poßit contra ius reſcribere.*
8 *Pœna quæ applicatur parti,an poßit remitti.*

Reſcripta. Id eſt priuilegia, & hîc not. quod ſequitur
crimen ſupplicantibus.Guid. Contra ius.
propriè intelligas ſecundum Goff & Lauren.non lędet alium.
1 † Quandoq; tamen concedit quòd nocet multùm, ſed raro.
C.de iure do.impe.l.ij.& quod aufert ius meum.ff. de euictio.
l.Lucius.Lauren.Sed qualiter hoc procedat, ſcripſi plene.ix.q.
iij c.per principalem.ſuper fine vltimæ gloſæ.in magna addi-
tione.¶ In gloſſ.prima ibi, reijciet illud. adde arg. contra.xix.
diſtin.nulli.&.c.in memoriam.c.di.contra morem.in princip.
xvij.q.iiij.§.quia.xxiij.q.iij.cum quibus.arg.pro.x. diſtinc. vi-
2 des ſuprà eodem imperiali.&.xvij.q.iij.§.ſic & prædia.† Super
hoc breuiter ſic diſtingue,aut princeps,vel Papa mandat con-
trarium iuri naturali,aut iuri poſitiuo ſi iuri naturali,ei impu
ne non paretur.x.diſt.non licet,ſuprà eodem quæſtione prima
ſunt qui.Sed iuri poſitiuo,ſiue conſuetudinario, ſiue iuri ſcri-
pto,ſubdiſtingue,aut alicui obeſt,aut nulli, ſi nulli obtempere
tur.arg.ff.ne quid in lo.publi.l.ij.§. ſi quis à principe. Si alicui
obeſt,aut multum obeſt,aut parum, ſi parum obtemperetur.
C.de præci.impera.offe.quoties.Si multum lędit. Aut expreſ
ſum continetur in reſcripto non obſtante canone mandatum
valere,aut non.Si expreſſum eſt,videtur ex certa ſcientia ſcri-
ptum canonem abrogare,quo ad illud mandatum, quo caſu
pareat iudex,extra de offic.delega.ex parte.Si tamen reus pro
bare reſcriptum à curia nõ emanaſſe,hîc debet iudex morem
gerere.arg. hîc Si autem non contineatur expreſsè non obſt.
&c.differendum eſt,& eſt expectandum ſecundum reſcriptum
vt in.§.hîc allegatis.per Ioannem.& adde,& videas quod dixi.
ſupra eodem in principio.in additione dicunt quidam & cæ-
tera.Guydo.Tu verò cum quæritur qualiter reſcriptum con-
tra ius diuinum,vel naturale,vel gentium,aut ciuile,vel cano
nicum impetratum de iure valeat, vel non valeat,& quæ,&
quales non obſtãtiæ in eo ſint neceſſarię vt valeat,dic vt ſcri-
ſi pleniſsimè extra de exceſsibus prælatorum capitulo vno, li-
bro ſexto.in tribus primis quæſtionibus,& præſertim in ter-
tia quæſtione& de officio delegati capitulo ex parte. ſecun-
do in tribus primis oppoſitionibus,& in tribus primis quęſtio
nibus,& ſupra nona quæſtione tertia capitulo per principa-
lem ſuper fine vltimæ gloſſæ in magna additione.& infra ea-
dem cauſa & quæſtione ſunt quidam & verſiculo decima no-
na diſtinctione.in memoriam. per quę habes expedita quaſi
omnia.notata per Cynum.in lege reſcripta.C.de precibus im
peratorum.offeren. hîc canonizata, In gloſſa tale debet,ibi,à
tributis,adde,id eſt quòd id quod ex tali contractu venditio-
nis eſt traditum,reſtituatur.C.de rei vendicatione.lege inciui
le Guydo.Caue tamen,quia quandoque reſcriptum eſt ſecun
3 dum legem,vel præter legem,& tunc valet,& ſic intelligunt
quidam legẽ ſi quando.C.de inofficioſo teſtamento.ſed verius
eſt quòd ibi impetratur contra legem.cum impetratur con-
tra legem ſed non nocet alteri,& fauorem tribuitur impetran
ti tunc ſic valet,vt hîc & ſic intelligitur.ff.de ritu nuptiarum.
lege qua in prouincia.§.diuus.ff.ne quid in loco publico.lege
4 ſecunda.§.ſi quis à principe.† Fallit vbi impetratio ſpecialiter
eſſet prohibita vt.C.ſi nupt.ex reſcripto.pet.l.prima.Item ca
ue,quia quòd hîc dicitur quòd reſcriptum contra ius pœnam
delicti remittens valet,intelligitur de pœna delicti iam com-
miſsi,& non de pœna delicti committendi,vt.ff.de pactis.l.ſi
vnus.§.illud.quod intellige de proprio delicto,ſecus enim ſi ex
delicto alterius deberet quis pati pœnam.argumento.ff.de iu
riſdictio.omnium iudicum.lege ſi familiæ.&.ff.ad legem Aqui
liam lege illud nec obſtat quòd per remiſsionem pœnæ. de
licti iã commiſsi pręiudicatur rei publicę.vt.ff.ad legem aqui
liam.lege ita vulneratus.& de publicanis lege licitatio.§. quod
illicitè.nam dico quòd illud intereſſe non attendit.argumen-
to. ff.ſoluto matrimonio.in lege ſecunda.ſecundum Iacobum de
butrigarijs.quia ex hoc intereſſe burſę fiſcalis non augetur, 5
ita,quòd non eſt principale ſed ſecundarium intereſſe, argu-
mento.ff.de poſtulando.lege prima.§.de qua vt eum remittit
pœna corporalis.argumento.ff.de pœnis lege diui fratres.ſe-
cundum Baldum. Sed & ego idem crederem de pœna pecu-
niaria,cum textus huius legis indiſtinctè loquatur. argumen-
to.ff.de conſtitutionibus principum lege prima.§. planè, quia
humanitas,& pietas principis eſt cauſa huius fallentiæ.fateor
tamen quòd Baldus in pœna pecuniaria,ex qua burſa fiſcalis
augetur,diſtinguit,an reſcriptum motu proprio principis ſit
conceſſum,& tunc valet,argumento.C.de petitio. bonorum.
ſubla.lege prima in fine.&.C de bono. vacan.lege ſi quando.
aut ad inſtantiam ſupplicantis,& tunc ſi pœna nondum ſit in
corporata,id eſt burſę fiſcali applicata, adhuc valet reſcriptũ
impetratum,ſed ſi ſit iam incorporata, tunc ſecus ſecundum
eum:quia tunc eſt fiſco illius dominium acquiſitum,quod eſt
iuris gentium,licet modus acquirendi ſit de iure ciuili,& ideo
non poteſt negari,quin fiſcus tunc damnificetur,vt.l.nec dam
noſs.ſupra proximo.ſed certè etiam in hoc caſu contrarium
probabiliter poteſt dici.ſi princeps ſupplicanti,ex certa ſcien-
tia hoc concedat,quia reſtitutio in integrum etiam quoad bo
na eſt impetrabilis,vt.C.de ſententiam paſsis lege prima.in fi.
& ideo dicit Baldus,quòd per modum reſtitutionis in inte-
grum ſemper valet,maximè cum proprio motu principis ſit
conceſsum:nam motus proprius fiſci repræſentat conſenſum
fiſci,& ideo non mirum ſi fiſcus perdat dominium. ſed ego
dico idem ſi non motu proprio dummodo ex certa ſcientia
hoc faciat. quia beneficium ſuum debet latè interpretari in
præiudicium ſuum.vt notatur per Innocentium.in.c.cum di
lecti.in fine.extra de dona.Adde de clauſula ex certa ſcientia
Doct.in.l.centurio.ff.de vulg. Tutiſsimũ eſt tamen,ſecundum
Baldum

Baldum, apponere illam clauſulam, nõ obſtante lege, nec damnoſa. C. de preci. impera. offer. & ita dicit ſe vidiſſe in quibuſdam reſcriptis. Vel diſtingue circa hoc vltimum, quia aut apparet de certa ſcientia principis, vt puta, quia expreſſum eſt in reſcripto, quòd bona iam erant incorporata, vel quia reſcriptum habebat iſtam clauſulam, etiam etiam ſi bona iam ſint incorporata fiſco, aut illam, non obſtante quòd bona iam ſint incorporata fiſco, aut aliam æquiualentem, & tunc valet reſcriptum, in præiudicium concedentis, poſtquam ita clara ſunt verba, & intentio concedentis. arg. de priuileg. ſi Papa. libr. vj. &. ff. de ſupellec. leg. l. labeo. &. ff. de auro & argento. le. l. plautius. Aut huiuſmodi certa ſcientia nò apparet, ſed ſolum ſunt in genere conceſſa bona, vel reſtitutio facta ad bona generaliter, per reſcriptum quæ habeo pro eodem, & tunc, aut motu proprio principis hoc factum eſt, & tũc valet reſcriptum per l. j. C. de peti. bono. ſubla. l. ij. x. & præd. l. ſi quando aut eſt hoc factum ad inſtantiam ſupplicantis, & tunc non valet reſcriptum
5 per hanc. l. & proxime præcedentem. ¶ † Sed nunquid reſcriptum cõtra ius impetratum, quod nullum eſt, vt hic dicit, nullum ex defectu poteſtatis, dic Oldra. & Baldum quòd non eſt nullum ex defectu poteſtatis, ſed ex eo quòd præſumitur ceſſare voluntas reſcribentis, prout quòd deficit illa clauſula derogatoria non obſtante lege, nec damnoſa. C. de præci. impera. offe. Sed ſi haberet clauſulam huius derogatoriam, valeret reſcriptum: quia derogatio, quam inducit. p. l. nec damnoſa, à iure poſitiuo deſcendit, vt not. ff. quod quiſq; iur. l. iij. §. ſi is pro quo, ſecundum eos. Sed dico quòd fallit hoc, dum reſcriptum habet ius naturale, gentium ſibi contrarium, vt puta, dum aufert alteri rem ſuã abſq; iuſta, & rationabili cauſa, per ea quæ ſcripſi latiſſimè. ĩ. ix. q. iij. c. vltimo. ſuper fine. gl. vltimç in magna additione. in prima quæſtione principali illius additionis.
6 † Præterea ſciendum quòd in iſta. l. reſcripta. C. de præc. impera. offe. ſubdit Baldus aliqua ſpecialia de principis poteſtate. Primò, nam poteſtas principis legem tranſgreditur diſpenſando de ritu nuptia. l. qua in prouincia. §. diuus. Et indelegabilia delegando. C. qui pro ſua iur. l. j. & rem iudicatam abſq; appellatione reſcindendo. C. de ſententijs & interlocu. omnium iudic. l. fi. arg. ff. de quæſtioni. l. j. §. ſi quis. Et ordinem iudiciorum peruertendo, & damnatum in exilium ab exilio reuocando. ff. de poen. l. relegati. Et ius alterius quãdoq; tollendo. ff. de nata. reſti. l. quæriſ. & de cauſa prima cognoſcendo de his quç in teſta. delen. l. proximo. & defectum in vna cauſa de plenitudine poteſtatis ſupplendo, vt in clemen. paſtoralis. de re iudi. & tabelliones creando iuxta not. Innocen. in. c. cum. P. tabellio. de fide inſtru. Et comites palatinos, cum poteſtate creandi notarios ordinando, iuxta not. gloſſ. in. l. j. C. de tut. & curatoribus. Et clauſulam non obſtantiæ in his quæ ſunt iuri contraria ponendo quod nemo alius poteſt. ff. de offic. proconſu. l. nec quicquam. §. fin. veniamq; ætatis concedendo. C. de his qui ve. æta. impe. l. j. &. ij. & emancipationem infantibus concedendo. C. de emanci. libe. l. iubemus. & infamem ad bonam famam reſtituendo, iuxta lecta, & not. extra de re iudic. c. quod te, & quicquid placet faciẽdo. ff. de conſti. prin. l. j. & iuris ſolennitatem obmittendo. C. de teſta. l. omnium. & quia vbi eſt princeps ibi non poteſt committi dolus vt. C. de diuer. offic. l. probatorias.
7 lib. xij. ſecundum quendam Petrum dictum ſericeum. † De papa autem dicit quòd maior eſt imperatore, & dicitur pater, & ſummus ſacerdos, quod nomen cœpit à Moyſe. xxij. diſtin. ſacroſancta. Secundò, quia omnes dignitates, & poteſtates quas habuerunt omnes Patriarchç. habet ſolus Papa, vt dicit Bart. de contemplatione ad augmẽtum. Tertiò, quia ſolus tenet locum principis Apoſtolorum. xij. q. j. c. videntes. Quartò, quia maior eſt authoritas Papæ, quàm ſanctorum. xx. diſtinc. de libel. Quintò, quia Papa legitimat in temporalibus. x. diſtin. qui centeſimas &. c. peruenit. Sextò, quia quod Papa confirmat, nemo infirmat. x. diſtin. c. ſi cum beneficiati. Papç poſſunt remoueri ab Epiſcopis, propter ſuperuenientes exceſſus. prima quæſtione prima. c. filium noſtrum. Septimò, quia diuidit dyœceſes mundi. x. diſtinct. Octauò. quia ſunt ſeruandæ leges cuiuſlibet apoſtolici, ſicut lex beati Petri. xj. diſtinc. c. palam. Nonò, quia Papali approbationi eſt ſtandum. xix. diſtin. ſi romanorũ. Decimò, quia vbi Papa, ibi ſynodus vniuerſalis. xix. diſtinc. c. Anaſtaſius. xvij. diſtin. c. nec licuit. Vndecimò, quia vbi Papa, ibi communis patria, vt extra de dilatio. c. propoſuit, per Inno. Duodecimò, quia reſeruata Papæ nemo attentat. xvj. diſtinc. ſedi. iij. diſtin. porrò. Item, habet vtrunq; gladium. xxij. diſtin. omnes. vnde rectè dicitur in perſonarum. xij. q. j. futurã. Item à nemine cogitur, etiam ſi dicatur hæreticus xxj. diſtinc. quia. Item habet omnia iura in pectore. xxiij. diſtinc. præterea. Item diſpenſat, quòd conſtitutus in ſacris minoribus, & in diaconatu vxoretur. xxxij. diſtin. de illo. Item committere poteſt ſpiritualia mero laico. xxxij. diſtin. merum. lxxxvj. diſtin. bene quidem. Et ideò rex Anglorum & vngariç conferunt præbendas in ſuis regnis ex priuilegio Papali. Item pro facto Papæ præſumitur. xl. diſtin. nos. Item reſtituit ad famam eoipſo quòd promouet ad gratiam. xliiij. diſtinct. cum autem. Item promouet ſpurium ad epiſcopatum. lvj. diſtin. cum autem. Item ſolus Papa renunciat in manibus Dei, & in proprijs, quia eſt vicarius Ieſu chriſti. de conſe. diſtin. j. ſi quis. Item poteſt ſe ipſum deponere. ij. q. vij. non competens. q. adde quòd not. xj. q. j. inolita. Item habet plenitudinem poteſtatis. Adde quòd. poteſt clerico non in ſacris conſtituto, interdicere matrimonium. lxxxij. diſt. l. c. propoſuiſti. Item ſolus Papa eſt epiſcopus exemptorũ. xciij. diſtin. c. nulla. Item poteſt facere prçlatum ad epiſcopum vij. q. j. paſtoralis. Itẽ poteſt parcere cui vult. vj. q. iij. c. denuq; ſufferendus. Item clarificat ſententiam nullam. ix. q. ij. c ſi quis alteri. Item poteſt auferre priuilegia. ix. q. iij: conqueſtus. ſolius principis eſt ius vnius auferre, alteri conferre. xvj. q. j. eccleſiæ. Item facit Epiſcopatus, & per conſequens ciuitates, quia non eſt ciuitas ſi caret epiſcopo. xvj. q. j. prçcipimus. Item omnia beneficia mundi ſunt obedientialia, & manualia rerum Papaliæ poteſtatis, & ideò poteſt pro libito voluntatis transferre Epiſcopum de ſuo epiſcopatu ad alium, & aut procedit prouidendo, & non cogitur prouiſus tranſire, quia præſumitur factum eius fauore, aut procedit in feudo, & cogitur tranſire, quia præſumitur factum fauore eccleſiæ. vij. q. j. c. omnis. Vltimo ſolus Papa deponit Imperatorem. de re iudi. ad apoſtolicæ & ſententiam imperatoris declarat nullam. vt in dicto. c. apoſtolicæ. & l. ex facto. de vulg. ſubſti. Item Papa legitimas exceptiones cuilibet reſeruare creditur. xcv. diſtin. c. reuertatur ad. l. ſecũdum Baldum. Poſt prædicta Baldus ſequendo doctores circa iſtam legem quærit de quinq; quæſtionibus & dicunt quòd quçrunt
8 docto. circa hanc legem † primò, nunquid Imperator poſſit reſcribere contra ius gentium. Breuis concluſio eſt, quòd poteſt reſcribere contra effectum iuris naturalis ex cauſa, ſicut patet libertas eſt de iure naturali, & tamen imperator ratione hoſtilitatis, quòd capti fiant ſecundum hoſtium, & capientium, vt in. l. libertas. de ſta. ho. ſecundum Iaco. de ra. & Pe. Secũdo quæritur vtrum poſſit reſcribere contra ius diuinum? Breuiter dicunt docto. quòd in totum arrogando nõ poteſt, ſed derogando extra cauſa poteſt, vt no. in. l. penul. ĩ. ſi cõtra ius vel vti pu. Tertio, quærunt doctores nunquid imperator poſſit reſcribere contra ius gentium. glo. videtur dicere quòd non. vnde per reſcriptum imperatoris non poteſt aliter ſine cauſa auferri dominum ſed tamen ex aliquali cauſa bene poteſt. ff. de natal. reſti. l. quæritur. de euic. l. lucius de leg. ij. l. qui ſolidũ. §. primo. de rei vendi. l. item ſi verberatum. & habetur pro cauſa quælibet ratio motiua principis. Secus eſt in ſtatuto Papali, quia quãdoq; debet ibi cauſa motiua, ſed debet eſſe cauſa probabilis, & condigna, aliàs non valet, vt. ff. qui & a qui. l. ſi priuatus. Ex dictis apparet, quòd ſi imperator facit aliquem comitem palatinum & dat ſibi poteſtatem legitimãdi ſpurios etiam poſt mortem patris quòd ſi legitimationem alij conſanguinei adiuuant hæreditatem, & per conſequens erant effecti domini quòd iſta legitimatio non præiudicat eis: quia cum dominium ſit de iure gentium, per reſcriptum principis non poteſt ſine cauſa auferri, & hic nulla ſubeſt cauſa, niſi forte hoc prçordinaſſet, vt no. Bar. in. l. Gallus. §. & quid ſi tantum. de lib. & poſthu. Quartò,

quæritur vtrum imperator poſſit reſcribere contra ius ciuile, & loquor ſine cauſa, quia cum cauſa non eſt dubium quòd poteſt. Dicunt doctores quòd cõtra ius ciuile præſcribere poteſt quia ius ciuile ſiſtit ſola principis authoritate, & ideò princeps poteſt illud ius tollere. Ex hoc ſequitur quòd non aliter poteſt tollere actionem cum ſit de iure ciuili. Item poteſt auferre officium magiſtratus. Cum enim officium magiſtratus ſit de iure ciuili, ſecundum iſtos. & glo. inſti. de obli. dicit. quòd omnia iudicia ſunt de iure ciuili, dicit Inno. quòd licet poſſit tollere actionem, tamen etiam ſine actione quis poſſet conſequi iuſtitiam miſericorditer in promouendo, in prorogando officium ſuperioris, extra de conſti. c. quæ in eccleſiarum. poſſet dici quòd ſi huiuſmodi actio nititur naturali æquitati, quòd non poſſit tolli per reſcriptum. quia hoc reſcriptum eſt in impetrante, & etiam in concedente inducit peccatum, & ſic eſt contra ius diuinum. Si autem actio nõ nititur æquitati ſed ſolo rigori, vt in chirographo poſt biennium, & iure introducta quid veritatis tunc credo quòd reſcribere poſſit. cum cauſula non obſtante. Vltimo, circa ſecundum reſpõſum huius. l. vide. l. vlpianus. de excu. tutorum. ſubijcio quæſtionem notabilem, quæ quotidie in praxim deducitur ideoq́; ſpectãda eſt maximè. l. legaui. ff. de ſuppellec. legata vbi Iureconſultus Paulus in hæc verba ſcribit. Quæ ad hæc ſpectãt, attingas quotidiana enim ſunt & adde tex. l. iuſto. in prin. ff. de vſucap. & ante, quàm ad quæſtionem tranſgrediamur præmitto. l. reſcripta. inductionẽ. Reſcripſerat diuus princeps Theodoſius reſcripta contra ius elicita (ponderes interim verbũ, elicita, quo ſignificãtius aperire nõ poſſet Imperator huius claſsis reſcripta. inimica iuri poſtulatione obreptitia impetrata fuiſſe proprio vero motu non conceſſa quãdoquidẽ nihil iuri diſſonũ ſtatuere cenſendus ſit princeps ne ſibiipſi reclamare videatur cum ipſe ſit Lex animata in terris) à iudicibus quibuſlibet reijcienda eſſe. Quod extẽdit etiam ad alias principum conſtitutiones ſpeciales Imperator Anaſtaſius. l. omnes. à Gratiano in. xxv. quæſtionẽ tranſcripta ad verbũ. Secũdo verò reſponſo. l. reſcripta ibi niſi fortè ſit aliquid reſtringit conſtitutionem ſuam prohibitiuã idem Theodoſius ita, vt reſcripta etiã contra ius elicita admittenda eſſe à iudicibus permittat, ſi nemini nocua ſint petentẽ iuuent commoenfactum intereà te velimus vt duo hæc requiſita, ſcilicet vt nemini obſint, petenti proſint copulatè interuenire debẽt ita, vt alterius defectu totum nullius momenti ſit. Quod ſit vt quod mihi non nocet, tibiq́; prodeſt teneri aliquẽ facere adnotãt Accurſius & Bar. l. ij. in prin. ſolut. mat. Secundũ præterea reſponſum. d. l. reſcripta ex reſponſo. Modeſtini Vlpianus. quæ alias incipit idẽ Vlpianus. Ampliatur vt procedat etiã ſi ex certa principis ſcientia concedatur vbi tutor datus, etiam tutela acceptã, à ſolicitudine tutelæ eximitur ſi ex certa ſciẽtia principis ſcientis eum eſſe tutorem aliò trãſmigrat ex reſcripto principis, quo id expreſsim conceſſum ſit. Reſcripta igitur contra ius elici poſſe ex certa ſcientia principis reſponſum eſt. d. l. idẽ Vlpianus. §. ſunt & alij. Prætereà licet delicta puniri debeant ex iuris præſcripto vt probatur varijs iuris articulis tamẽ remitti poſſunt eorumq́; indulgentiæ concedi poſſunt. Hoc tamen ita accipias vt publica vindicta & animaduerſio remitti poſsit, non tamen id, quod parti intereſt. Et eo iure vtimur Vnde meritò deuenio ad quæſtionem noſtram quæ erit ſublimitatiua dicti ſecundi reſponſi quo pœna remitti poſſe dicebatur. Quæro igitur vtrum ſicut poteſt remitti pœna quatenus applicatur fiſco poſſit ita remitti quatenus applicatur parti? dic quòd non, vt not. ff. de in ius voc. l. venia. & ibi gl. quod eſt not. ad multa. ſecundum dictum Baldum, vbi ſupra. Sed prædicta verifica, & reſtringe per ea quę ſcripſi. extra de offi. dele. ex parte. ij. in tribus oppoſitionibus, & tribus quæſtionibus. & de exceſ. præla. c. vno. lib. vj. in tribus quæſtionibus. & c. §. ix. q. iij. c. vlti. & c. vij. q. j. in apibus. in magnis additionibus.

SVMMARIVM.

1 *Impetratio fraudulenter facta an valeat.*

Dicenti. Sacras iuſsiones. id eſt, reſcripta ſacra. i. ſcripta concordant vel ſaltem non diſcordant verſi. ea verò. ver. ſurreptione. dicitur ſurreptio à ſurrepo. pis. quod componitur ex ſub. & repo. pis. i. latenter ſubintrat vt facit callidus ſerpens. † Si ergo quis tali modo fraudulenter, vel deceptoriè impetrat, nõ valet extra de confir. vti. ad noſtram. c. porrecta. & de cap. mo. ex parte. & de ſenten. excõ. ſi quando Ioan. de ſic. remedium. ſic etiam ipſo iure reſcriptum, vel proceſſus per ipſum habitus, non valet, ſi ab excommunicato ſuper alio quàm excommunicationis, vel appellationis articulo fuerit impetratum, vt extra. lib. vj. de reſcrip. ipſo iure. de hoc olim notabatur, extra de offi. deleg. prudentiam. §. cæterum. & de excep. pia. reſcripta. hoc eſt. C. de diuer. reſcrip. l. vltima. in prin. preces. ff. eo. vniuerſa. mendax. ff. c. & ſi legibus. Ex quibus ſecunda pars habetur. C. ſi contra ius vel vti pub. l. puniri. ſunt puniendi. ff. eo. puniri. ¶ In. j. gloſſ. ibi, metu. adde, id eſt ſolus. i. ſine cauſæ cognitione, vt non contradicat illud ſequi, peccator ſecundum Lauren. præſcriptione. i. exceptione oppoſita ab aduerſario, pro tenore. expoſuit. Ber. quia tenuit veritatẽ, & ita nullo modo procedet iudex. Sed melius intelligitur pront ſonat ſecundum Lauren. non deprecantis id eſt impetrantis. datum. i. datorum. i. literarum. Ioã. de ſic. ſecundum hoc. i. ſecundum ius commune. Ioan. de ſic. ¶ In glo. conſuetudinem. adde, vel dic. iuris. i. qualitatis negotij. arg. ff. de iureiur. l. creditore. ſecundum Lauren. Guido.

SVMMARIVM.

1 *Modi puniendi falſitates.*
2 *Si hæc, ſi preces veritati nitantur, nõ apponantur reſcripto, an valeat.*
3 *Reſcripta ſuper certis negotijs conceſſa, an valeant.*
4 *De ſubſtantia reſcripti, & formæ, quæ ſunt.*
5 *Quæ literæ de cancellaria principis exire debeant.*

§. Reſcripta. ij. Iſta lex habetur effectualiter. C. de diuer. reſcrip. l. vlti. † Et de modis arguendi & puniendi falſitates, dic vt legitur & not. extra de cri. fal. c. licet. & c. quàm graue. & de fid. inſtru. c. cum Ioãnes. & de materia huius. l. vide in his quæ ſcripſi, extra de reſcript. c. ex parte. j Primò quæri poteſt, de eo quod fuit diſputatũ Bononiæ inter placen. & alios doctores, videlicet † vtrũ illa clauſula ſi preces veritate nitantur, vel ſi ita eſt, ſit de ſubſtantia reſcripti principis, ita quòd ſi non apponatur, reſcriptum ſit nullum. Pet. de bel. perti. in. l. ſi. C. de diuer. reſcrip. dicit, quòd ſi reſcriptum emanat ad obſeruantiam iuris communis, aut ſuper incertis negotijs, neceſſe eſt, quòd dicta clauſula inſeratur. vt C. ſi per vim vel alio mo. l. ſi. & ſic loquit lex iſta. C. de diuer. reſcrip. Plus dicit quòd ſi non ſit in reſcripto prædicta clauſula, reſcriptum præſumitur ſurreptitium. Sed ſi ſuper certis negotijs, vt quia cauſa coram imperatore fuit agitata, & ipſe tulit ſententiam, & mandat per reſcriptum illam executioni mãdari, tunc non eſt neceſſaria prædicta clauſula. vt. C. ſi contra ius
3 vel vti pu. l. & ſi non cognitio, & hæc menti teneas. † Secundò quæritur quid ſi reſcriptum emanat ſuper negotijs incertis, quæ tamen princeps dicit ſibi eſſe certa licet cæteris ſint incerta. Diſtingue, quia aut illa procedunt ex facto proprio principis, & tunc ei credi debet, vt in cle. literis de probatio. Aut nõ procedunt ex facto ſuo: imò talia ſunt quæ princeps non poteſt ſcire, niſi ex relatione aliorũ, & tunc aut ipſe præmiſit ſuper his informationem legitimã parte vocata facta, per quam apparet ita eſſe, & tunc etiam ſibi credi debet, nec eſt clauſula neceſſaria: quia per informationem huiuſmodi, tale negotium dicitur eſſe certum, & pręſertim quia authoritas principis tollit ſolemnitatem vt dixi. C. de teſta. l. omnium. aut non præmiſit talem informationem. & tunc præſumitur tale reſcriptum ſurreptitium: quia non habet formã, quam habere debet, vbi videlicet, de alterius pręiudicio ageretur per hanc. l. vlti. C. de diuer. reſcrip. ſed ſi de pręiudicio ſolius principis concedentis ageretur, & præiudicium eſſet modicũ, & concedi conſuetum ſatis tunc crederem ſufficere, quòd princeps cõcedens certum

ſe diceret

ſe diceret de narratis, nam cuilibet in ſui præiudiciũ credi po-
teſt. Sed ſi de magno principis concedentis præiudicio agere-
tur, tunc forſan poſſet dici contrarium, videlicet quòd tunc
reſcriptum falſum, vel ſurreptitium, aut obreptitium præſu-
matur. per. l. nec damnoſa. ſ. eo. nam in maioribus gratijs do-
lus præſumitur facilius quàm in minoribus, pro eo quòd affe-
ctio maior præſumitur ad maiora, vt ſcripſi poſt Innoc. extra
de cri. fal. in. c. iij. Prædicta tamen fallunt in cõceſsionibus mo
tu proprio emanatis. arg. C. de pe bo. ſubla. l. j. quia ibi nihil eſt
quod valeat illi cui fit conceſsio imputari. arg. eorum quæ le-
gum. & not. in. c. ſi motu. & in. c. ſi pluribus. de præbendis. lib.
vj. & in cle. Romanus. eo. tit. & faciunt prædicta pro his quæ
4 ſcripſi in. c. non liceat Papæ. ſ. xij. q. ij. † Tertiò quæritur quæ
ſunt illa quæ ſunt de forma & ſubſtantia reſcripti. Cyn. poſt
Pet. de bel. perti. in dicta. l. vltima. C. de diuer. reſcri. dicit quòd
multa ſunt de forma. Primo, nomen imperatoris. Secundo.
dies, & conſul. Tertio incarnatio domini & quartò, illuſtratio
purpurea, id eſt ſubſcriptio de manu principis facta. De quo
dic vt legitur & not. C. de diuer. reſcrip. l. ſacri affatus, & ſerua
tur adhuc hodie in Romana eccleſia. in priuilegijs & alienatio
nibus perpetuis, in quibus Papa ſe ſolet ſubſcribere, & appo-
nere ſignum ſuũ. Quinto clauſula ſi ita eſt, vt hîc, & in præd. l.
vltima. Sexto, ſubſcriptio glorioſiſsimi quæſtoris, ſi licet iſta
fuit de iure, tamen de conſuetudine quædam non ſeruantur,
ſecundum Pet, & Cyn. vbi ſupra. Saluo, quòd in eccleſia Ro-
mana in priuilegijs, & alienationibus perpetuis, Papa Cardi-
nales, & vicecancellarius qui habetur loco glorioſiſsimi quæ-
ſtoris ſe ſubſcribunt: ſed in alijs ſolus vicecancellarius cum cer
tis alijs officiarijs curiæ certum ſignum ſuum ponit in literis
prẹterquam in illis quæ expediuntur per ſecretarios, & came-
ram Papæ, in quibus ſoli ſecretarij ſe ſubſcribunt. Et prætereà
ſemel reſpondi quãdam alienationem factam per Papam Cle
mentem de quodam caſtro eccleſiæ, & literas ſuper ea emana
tas eſſe nullas, tanquam malè & contra formam curiæ & can-
cellariæ expeditas non valuiſſe de iure: quia in illis nõ ſubſcri-
pſerunt ſe Papa, Cardinales, & vicecancellarius, nec aliquis eo
rundem: imò præter conſenſum conſilium, & ſcientiam cardi
nalium, & vicecancellarij tranſiuerunt, quod bene facit ad ea
quæ ſcripſi. xij. q. ij. non liceat. Et ſi dicatur quòd literæ nõ per
cancellariam, ſed per cameram tranſiuerunt. Reſpõdeo quòd
non per cameram, nec etiam per ſolam cancellariã Imo etiam
per conſiſtorium ex annuari approbari ſubſcribi, & expediri
debebant, propter ipſarum grauitatem, prout in ſimili reſpon
dit Papa Vrbanus quint⁹ ambaziatoribus Florentinis, vt re-
citat Baldus in. l. ſi. C. de diuer. reſcrip. & ideo vt refert omnes
mo. in. c. vno de ſciſma. lib. vj. Bonifacius Papa octauus retra-
ctauit quædam grauia negotia per Cœleſtinũ prẹdeceſſorem
ſuum immediatum extra conſiſtorium, & ſine conſilio cardi-
nalium expedita, ſuper quo vide not. Ioan. and. in nouella in
c. ſuper eo de hẹreti. lib. vj. Et per Hoſtien. in. c. ex geſtis de cle.
non reſi. & quæ ſcripſi in tribus locis prẹdictis per quæ reſtrin
ge prædicta, hæc tamen & illa & quæcunq; alia dicta mea ip-
ſius domini Papæ & eccleſiẹ determinationi relinquo. Baldus
vero addẽs ad dicta Petri, in prima quæſtione dicit, quòd ſi in
negotio certo ponatur clauſula, ſi eſt ita, tunc debet accipi, ſi
pro quia & habẽs ſimile extra de verbo. ſigni. c. abbate. & facit
extra de appel. c. nouit. noſtri verò canoniſte benignius ſolent
dicere, videlicet quòd defectus dictæ clauſulæ, ſi eſt ita reſcri-
ptum non vitiat, etiã in incertis quia de iure tacitè ſubintelli-
gitur clauſula, ſed eſt ita vt in. c. ij. extra de reſcrip. dum modò
forma, & ſtilus cancellariæ non peruertãtur, quia ſi peruerte-
5 retur literæ non valerẽt, vt extra de cri. fal. c. quàm graui. † Pa
tet ergo ſecundum Baldum quòd literæ male formatẹ non de
bent exire de cancellaria principis. vt hîc nec etiam literæ im
perfectæ vt prẹd. l. ſacri affatus. nec etiam literẹ minus ſolen-
nes vt. C. de diuer. reſcri. l. ſi qua. Et dicit quòd hoc totum per-
tinet ad officium vicecancellarij, qui vice glorioſi quẹſtoris
literas huiuſmodi examinare & ſignare debet,

SVMMARIVM.

1 *De virtute iſtius conditionis ſi preces veritati nitantur.*
2 *Surreptio an reddat priuilegia nulla.*

§. Prẹſcriptione. Iſta eſt lex ſecunda. C. Si contra
ius vel vti pu. quæ per Pe. Cyn.
& Butrig. ac Bartolum, & Baldum legitur bene ſolenniter.
Et ſcias quòd circa intellectum ipſius prẹdicti doctores mira-
biliter ſe inuoluunt, ſed finaliter tene quòd intelligitur de re-
ſcripto ad iudicem delegatum per ſurreptionem mendoſẹ fal-
ſitatis expreſſẹ, aut veritatis tacitẹ impetratũ. quia ex tali ſur-
reptione, reſcriptum tale te vera de iure nullum non dicitur,
licẹt per exceptionem elidi poſsit, vt ſcripſi plenè poſt Innoc.
in. c. cœterum. de reſcrip. & in hac opinione concordant domĩ
ni legum, pro maiori parte & cum hoc ſum de dicta intricatio
1 ne expeditus. † Nec obſt. ſi dicatur quòd in reſcripto tali intel
ligitur tacita conditio, ſi preces veritate nitantur: qua deficien
te, videntur deficere vires reſcripti. Quia illa conditio non re-
ſpicit cauſẹ cognitionem vel examinationem: ſed iudicis dele-
gati inſtructionẽ quọ ad ipſius cauſẹ deciſionem & expeditio-
nem concernit, ſecundum Baldum & magis ſonant in admoni
tionem, quàm in cõditionẽ, & ſimile. ff. de tutel. l. muto. §. ſi ſub
conditione, & quod ſcripſi poſt Innocen. in. c. dudum. de prẹ-
ſumptio. & quod not. per Ioan. and. in clemen. vna. de offi. dele.
2 in gloſa magna. † Sed in priuilegijs ſecus, quia ſurreptio red-
dit illa de iure nulla, ſicut & alias gratias impetratiuas: & ſic
poteſt intelligi. ſ. eo. l. & ſi legibus. & facit quod legitur & no.
per Ioã. mo. extra de filijs presbyte. c. j. & ij. lib. vj. Et per Ber.
extra de reſcript. c. ad audientiam & quẹ ſcripſi vtrobiq;. De
cẹteris autem pleniſsimè not. per dictos docto. in prẹd. l. ad ſcri
pta ad quem te remitto, & prẹſertim quia effectũ eorum ſcri-
pſi in iuribus prẹalleg.

SVMMARIVM.

1 *Falſitas quo modo cognoſcatur.*
2 *Caſus quo debet puniri iudex.*

1 §. Puniri. Falſitatem. arguit † falſitatem, & quando &
quomodo cognoſcatur determinatum eſt. ex
tra de fal. c. licet. & c. quàm graui. Ioan. de fic. & Guido. & ſe-
cundum Baldum vbi reſcriptum dicitur falſum, recipiẽda eſt
probatio ſuper obiectis alias punitur iudex hoc dicit ſecundũ
vnum intellectum. Vel non loquitur hîc de falſo propriè ſum-
pto, ſed de mendacio impetrantis ſuper quo iudex debet reci
pere probationem. & hoc dicit ſecundum aliam lecturam. Et
no. dicit glo. & Odof. contra miſeros prẹlatos qui credunt lite
ris domini Papẹ, quòd non permittunt aliquid examinari, cir
ca ipſas: nam certe debent promittere ſi opponitur de obre-
ptione, ſecundum ipſos. Aduerte circa hoc, aut opponitur fal-
ſitas literarum, & debet admitti probatio, de hoc extra de re-
ſcrip. c. ſuper literis, ſecundum Innocen. Aut opponitur men-
dacium impetrantis, in eo quod non vitiat literas. & non de-
2 bet admitti probatio, vt in. c. literis. de proba. in clemẽ. † Nota
hîc puniri iudicem qui licitam & debitam probationem non
admittit ſecundum Baldum. C. ſi contra ius. vel vti. pu. l. puni
ri. vbi ponitur hẹc. l. & poteſt hẹc. l. duplicem habere intelle-
ctum, vno modo de falſitate reſcripti, alio modo quòd nunquã
fuit narratum principi, vt. ſ. dixi. in. l. prẹſcriptione. Bartolus.

SVMMARIVM.

1 *Quando literæ impetratæ ipſo iure non valeant.*
2 *Quando exceptio tollatur, & quæ per illam elidantur.*
3 *Mendacio qualiter vitietur priuilegium.*

1 §. Et ſi legibus. Conſentaneum id eſt conueniens
caret penitus, dici conſueuit † quòd
literẹ non valent ipſo iure, ſi ſunt impetratẹ per ſuggeſtionem
falſitatis, vel ſuppreſsionem veritatis, vt. ſ. eo. reſcripto. & hoc

ſalua diſtinctione.extra de reſcrip.ſuper literis.& hęc facit ſen
tentia.c.Sed Goff.contra. Nam reſcriptum ſic impetratum,
confert iuriſditionem ita vt iudex ſuper hoc emergenti co-
gnoſcat.vt.j.eo.& ſi non cognitio.C.ſi contra ius vel vtili pu.
& ſi non cognitio. extra de appel. ſuper eo.§.ſi autem. & ſi ni-
mia mentientis,&c.vt.j.eo.proxime ſequitur per ſententiam
igitur carebit literis, vt in hac.l.& ſi ſeruata forma prædictæ
decre.ſuper literis vt mendax precator quandoq; literis, quan
doq; forma literarum priuetur. ſi ſunt etiam nullæ literæ ſe-
2 cundæ, ſi non faciant mentionem de primis. † Sed eliduntur
per exceptionem, quæ exceptio tollitur, ſi prior impetrator
non eſt vſus reſcripto ſuo per annum.extra de reſcriptis.ſi au-
tem.c.plerunq;.Item ſi proceſſus ſecundi iudicij, & ſecunda
ſententia valet ſi non excipiatur ex prima, vt extra de re iudi.
inter monaſterium,multò fortius valebit proceſſus ex ſecun-
dis literis,ſi non excipiatur de primis. Et in hac opinione, vel
ſententia puto fuiſſe compillatores noſtrę modernæ compilla
tionis,qui abſtulerunt verbum quod contra minuere videba
tur,extra de reſcript.Cæterum.vbi in antiqua compillatione
erat talis litera ſecundæ literæ de iure obtinent &c.vt darent
intelligi quando non ipſo iure ſunt nullæ ſecundæ literæ ſed
per exceptionem eliduntur ſecundum Goffre. qui ita not.ibi-
dem.& ſi.verſicu.mentientis.dominus Azo.intellexit iſtam.l.
quando reſcriptum tale eſt, quòd continet priuilegium, puta
mentitus eſt aliquis cõtuliſſe multa bona rei publicæ, propter
quòd ſi vera eſſent priuilegia, ei deberentur.ff. de re mili. non
omnis.§.vltimo.ſed ſuperior lex loquitur quando reſcriptum
non continet,niſi ius commune tantum,& ſic nõ obſtat. Lau.
¶ In gloſſ.quia.ibi,falſarius.adde,ſub.ſi inde accuſatus fuerit.
Lauren.Guido. Aduerte lex iſta hoc dicit in ſumma videlicet
quòd mendacium priuilegium vitiat,hanc legem, intelligẽdo
3 in priuilegijs † Et hoc verum quando mendacium eſt cauſa fi-
nalis conceſſionis,ſeu principem mouit ad concedendum,aut
ad facilius concedendum,iuxta lecta,& not.de electio.dudum
Rothoma.& de præben.dudum.lib.vj. & iuxta ea quæ ſcripſi
in pręd.c.dudum.Rothoma.& in.c.j.de reg.iur.lib.vj.& pone
ecce exemplum. Quidam miles ignominiæ cauſa miſſus impe
trauit à principe priuilegium veteranorum,vel impetrauit ſti
4 pendia quibus carere debebat propter ſuum facinus, aſſerens
ſe legaliter ſeruiſſe,& remiſſum honeſtè, certe tale reſcriptum
eſt nullum:quinimo iſte impetrans debet puniri,quia obrepſit
principi,vel alio ſuperiori.& not.quòd ſæpe incidunt ſtipen-
diarij,& prouiſionarij in hanc legem & dicunt quidam quòd
eſt pœna arbitraria cõtra iſtum obreptorẽ. Alij dicunt,quòd
eſt pœna falſi:circa quod ſic diſtingue. Nam interdum obripi
tur impetrando,tunc aut eſt caſus, in quo eſt pœna determina
ta,& ſtabo determinationi regia.vt.C. de his qui à nõ.do. ma.
l.fina. Aut non eſt pœna determinata, & tunc eſſet pœna arbi
traria,vt hîc.& arg.ff.de effrac.& expila.§.expilatores. Aut ob-
ripitur litigando,& tunc aut in ciuili cauſa, aut in criminali.
Primo caſu non eſt alia pœna, quam expenſarum refectionis.
vt not.in procemio.inſtit.in verbo,calumniantium iniquita-
tes. Secundo caſu, aut obripit accuſator accuſando,& punitur
pœna talionis, vt.j. de accuſa.l.penul.& fi. Aut obripit reus
mendaciter negando, tunc non punitur de mẽdacio, ſed de de-
licto intentato,quia parcitur ſe defendenti etiam per ſas & ne
fas. nam licitum eſt fama,& ſanguinem ſuum redimere, vt in
l.j.de bo.eorum qui.mor.ſibi conſc i. Interdum obripitur pro-
bando, tunc ſiue ſit actor, ſiue reus punitur pœna falſi vt.ff.ad
l.Corne.de fal.l.ſi quis obrepſerit.& nihilominus actus eſt nul
lus, vt ibi patet. Interdum obripitur de iurando, tunc aut eſt te
ſtis, aut pars. ſi teſtis tunc aut in cauſa capitali, & punitur lege
cornel. de ſiccarijs. vt.ff.ad.l.Corne. de ſiccar.l.j. poſt princip.
Aut eſt cauſa non capitalis,& tunc punitur lege Cornelia de
falſis. vt.ff.ad.l.Corne.de fal.l.j.Secundo caſu, quando eſt per-
iurium in parte,& non in teſte, dic vt.j.de rebus & eſt in ſecũ-
da. Secundus intellectus huius.l. eſt in reſcriptis impetratis in
forma. Pone exemplum quod de facto vidi quidam expoſuit
principi quòd Titus erat bãnitus in capite,& impetrauit ab eo
licentiam quòd ille tanquam bannitus caperet, re vera ille nõ
erat, illud corpus tamen captus eſt,& in periculo mortis poſi
tus,quia vix potuit probare diuerſitatem corporis.certè iſte
impetrans propter nimiam improbitatem punitur ſeueriſſi-
ma pœna iſte eſt caſus huius.l.& de facto vidi quendam pro-
pter hoc decapitari.oportet tamen cõſtare quòd de falſo hoc
fecerit & hoc eſt quod litera dicit, mentientis improbitas, ſe-
cundum Baldum. Nec obſtat, quod dicit.C.ſi cõtra ius vel vti
li.publi.l.prima & ſecunda quia ibi loquitur in reſcriptis quę
tendunt ad iuris communis obſeruantiam, in quibus narrata
reſcripto cauſam non præſtant. ſed ſola cauſæ dubietas ibi dat
cauſam reſcripto, vt videlicet de negotio propter dubium co
gnoſcatur.hic vero loquitur in priuilegijs, in quibus narrata
dant cauſam impetrationi,& ideo ſi falſa ſint non valet priui
legium.vt notatur.in prędicta.l.ſecunda ſecundum Bartolũ.
in prædicta.l.& ſi legibus. Ratio, mendax enim pręcator care-
re debet impetratis.c.ſuper literis.de reſcrip.in anti.& ibi vi-
de gloſſam magiſtram ponentem plures caſus quibus vitiatur
reſcriptum vel redditur obreptitium vel ſubreptitium.& quę
ſit differentia inter reſcriptum obreptitium,& ſubreptitium
vide Doct.in.d.c.ſuper literis.quod ſi falſa cauſa det cauſam re
ſcripto, reſcriptum erit obreptitium & ſic nullum doct.l.& ele
ganter.ff.de dolo malo.arg.illius tex.

SVMMARIVM.

1 *Mera executio quæ ſit, & de eius virtute.*
2 *Executor ſuper quas perſonas habet iuriſditionem.*
3 *Quando cognitio committatur & de veritate precum.*
4 *Executor de quibus cauſis poteſt cognoſcere.*
5 *De qualitate executionis ab executore.*
6 *Qualiter debet aſſumi cauſæ cognitio & de differentia meri & mi-
ſti imperij.*

§.& ſi non cognitio.

fraus, id eſt quęſtio frau
dis, id eſt falſi quia per
falſum dicitur lata vel fraus, quia patronus præuaricatus eſt,
C.de aduo.di.iudi.ſi patronum. vel ſi rem in qua tibi ſum con-
demnatus mihi ſubtraxiſti.C.de re iudi.l.j.Lau.interuenit.i.in
teruenisse dicatur ſic exponitur.ff.de contrahen.emptio.ſi, in
emptione. In glo.non ab ipſo, ibi, quidam, adde, vt Lau. Et ibi
in principali.adde ad hoc.ff.ad exhi.l.iij.§.ſciendum, nam ſu-
ſpenditur executio oppoſita exceptione falſi.C.de re iudi.l.j.
C.ſi non ex fal.inſtru.l. iudicati.ff.de re iudi. diuus. ſecundum
1 Laurentium. Et ibi mera executio † adde, meram executionem
appello cum committitur alicui factum tantum, vel miniſte
rium vt extra de officio delegati.cap.vltimo.mixtam cum ſic
committitur ſi ſententiam inuenias iuſtè latam, eam executio
ni mandes per hæc & ſimilia verba, intelligo executionem mi
ſceri cognitioni ſecundum Goffredum qui ita notatur. extra
de re iudicata.de cætero.qui etiam dicebat, quòd ſi dubitetur
quę ſit mera executio,& quæ mixta ex forma commiſſionis
colligi poteſt nam ſi in commiſſione dicatur, ſi eſt ita, vel ſi
præmiſſa veritas,& cætera per hoc intelligo mixtam executio
nem.ſi verò ſine his & conſimilibus verbis aliquod factum,
vel miniſterium, committitur, vt patet in dicta decretali, ex-
tra de officio delegati.c.vltimo.& de appellationibus. nouit.
tunc committitur vera, mera executio,& hoc ipſe Goffredus
notatur extra de officio delegati paſtoralis. vbi plenâ de hoc
per Bernardum & notatur. quod ſi alicui mandatur vt ſenten
tiam mandet executioni ſicut rationabiliter lata eſt. ſicut ſæ-
pè mandat dominus Papa, vt hîc. quia cognitionem habet an-
nexam, executio poteſt ergo agnoſcere de veritate precũ.vt
dicit hęc lex,& ſi nõ cognitio.ar.C.ſi ex fal.inſtru.l.vltima. ſe
cundum T.& Vin.qui ita notant in prędicta decre.de cætero.
Item nota quodd executor ad compellendum datus nõ debet
compellere per executionem, vel alio modo, ſine cauſæ cogni
tione extra de exceſ.prælac.j.ſic etiam poteſt intelligi extra
de app.dilectio prout no.Ber.Compoſ.extra de reſti.in glo.c.
quia quæſtiones.§.ſed quid ſi propoſitis exceptioni. &c.& exe
cutor

cutor debet facere copiam ſuæ iuriſditionis, aliâs licitè poteſt
appellari propter hoc:vt no.idem Ber.Cōpo.lib.vj.de ele.ſta-
a tuimus in glo.ij.† Item no.q aliquando executor habet iuriſ-
ditionem ſuper perſonas nō nominatas in reſcripto,ſed prorſ-
ſus extraneas,& hoc eſt in quolibet executore,quod contra ex
traneos ſummatim cognoſcet de proprietate,& etiam ſimili-
ter ab eis res auferet.ff.de re iudic à diuo.§.ſi ſuper.C.de his q
ad ecc.confu.pñti.extra de offi.deleg.ſane ſecundū Inn.qui ita
no.extra de conce.prēb.propoſuit.in glo.dicebatur enim &c.
iuxta fi.Et ibi,paſtoralis.adde §.quia verò,vbi plenè de hoc.Et
ibi,latam.adde ſcd̄m Ber.Compo.in hoc caſu ſententia nō eſt
nulla,quod dic vt ipſe plenè not.extra de reſcrip.ſuper literis,
in gl.quæritur hic §.item pone.ibi omnino videas & extra de
cri.fal.c.j.&.ij.& extra de excep.cū venerabilis.in glo.ſed verū
3 &c.Guid.† Aduerte hæc lex,ſcd̄m Baldum hoc dicit, vbi etiā
cognitio committitur de veritate precum inquiritur,& ſi pro
nunciatur reſcriptum non tenere,ordinarius cauſę habebat de
cætero procedere in negotio principali. Hoc dicit, vel,iudex
executionis habet cognitionem obreptionis,hoc dicit interue
nitur &.per hoc pronuncietur reſcriptum non tenere cogno-
ſcatur.ſ.ab ordinario,non ab iſto qui non habet iuriſditionē,
vt extra de offi.deleg.c. ſignificantibus ſcd̄m Gof. Sed alij di-
cunt quod ratione obreptionis non debet pronunciare ſe non
iudicem,ſed debet in cauſa procedere ſcd̄m veritatis tenorem
ſed hoc declaraui plenariè in l.præſcriptione.ꝛ.e.non dico hîc.
4 † Nota hîc quod executor cognoſcit de meritis cauſæ.contra.
C.de ex.rei iudi.l.ſi vt proponis.Solu.ibi loquitur de executo-
re facti.i.in nuncio:iſte enim non cognoſcit:quia nullam iuriſ
ditionem habet ſed lex noſtra loquitur de iudice executore,
qui appellatur executor iuris,ſecundū Odoſ.& omnes.Secun-
dò opponitur,q etiam iudex non habet cognoſcere, ſed ſolū
exequi:vnde videtur obſtare.ff.de iudi.l.ſi prætor §.fi.Solu.aut
ſine cognitione eſt liquidum,quod ſententia non eſt exequen
da:quia hoc conſtat per allegationes.l. & tunc non eſt dubiū
nō debet exequi.aut requiritur aliqua cognitio,puta quia exe
cutio eſt commiſſa conditionaliter,puta ſi tibi conſtitit &c.
& tunc non eſt dubium q non debet exequi,ſed de cauſa co-
gnoſcere:vt not.Inno.in. c. dudum.de præſump.& not.in.c.j.
de offi.deleg.in cle. Vel dic aut commiſſa eſt executio parata,
aut executio paranda:primò caſu dic vt dixi in.l.j.ꝛ.de iur. &
fac.igno.q ſi etiam eiuſdem rei ſit executio,ceſſat cauſę cogni
tio ſecundō Inn. Adde qđ not.Inn.extra de re iud.c. decætero.
de app.c.ex ratione.& Ber.extra de off.dele.c.prudentiā §.qa
verò.aut cōmittitur executio paranda per proceſſum,& pro-
bationes,& pronunciationem,& tunc nō eſt dubium q habet
cognoſcere de cauſa,ſed qđ cognoſcitur de cauſis cauſæ.vt ex
tra de reſcrip.c.ſuper literis,& dixi.ꝛ.e.l.præſcriptione. Bald⁹
in.l.& ſi non cognitio.C.ſi contra ius vel vti.pu. vnde iſta lex
5 ſumpta fuit.Bartolus autem in.d.l.& ſi non cognitio,ſic dicit
hæc lex eſt notabilis,ex qua not.† quod cui mādatur executio,
& cognitio debet cognoſcere ſcd̄m veritatem precum.Opp.j.
l.proxi.Solu.vt dixi in.l.præſcriptione.ꝛ.e.Item oppo.& vide-
tur quod executio non demandetur: vt. l. iubere cauere. ff. de
iur. omni.iud.So.hîc demandauit princeps alius non alij,quia
hîc demandatur cognitio,qđ eſt contra iſtum textum.Alij di-
cunt quod hîc demandauit ſuper primo decr.ſed nec primum
decretum poteſt demandari:vt.l.iij.de damn.infect.tene ergo
primam.Item oppono de.l.ſi vt proponis.C.de excep.rei iudi.
Solu.ibi loquitur de executione ſententiæ, hîc de executione
alicuius facti:vnde cū ad executionē venire non poſſit ſine co
gnitione:vt.l.j.ff.de excep.rei iudi.ideò mandatur cognitio,&
propter hoc non placent quædam gloſſæ,quæ ſunt hîc,quę di
cunt quod hîc fuit dictum principi, quod erat lata ſententia:
de iſta materia dixi in.l.à diuo pio. ff.de re iud.tangit gl.in ca.
paſtoralis extra de offi.deleg.ſecundum Bar.in.d.l.& ſi non co
gnitio.Materiam autem huius.l.tractaui extra de re iudi.cap.
6 de cætero,in primis duabus oppoſitionibus.† Item etiam ibi
tractaui qualiter executor poteſt & debet cauſæ cognitionem
aſſumere,& exceptiones admittere,& cauſæ cognitionem in-
terponere ſuper illis.Et quæ eſt differentia inter merū & mix-
tum executorem quoad iſta,& quis dicatur merus executor,
& quis mixtus,& quid de executore ſententiæ,& quid de exe-
cutionibus negotiorum aliorum,ſcripſi enim de prædictis. in
d.c.decætero in.v.quæſtionibus.& adde etiam quæ ibi ſcripſi
poſt ſuppletionem gloſſarum propter dicta collectarij.

SVMMARIVM.

1 *Reſcripta illicita an ſint ſeruanda.*
2 *Iura quibus verbis abutantur.*
3 *Reſcripta contra legem Dei,& de ablatione imperatoris.& nu.6.*
4 *De virtute reſcripti contra vtilitatem publicam facti.*
5 *Conſtitutio eſt multiplex.*
7 *Ciuilis conſtitutio contraria iuri gentium,an valeat? & de reſcripto.*

Omnes. Sanctionem,id eſt legem.inſti.de re.diui.§.ſan-
ctę.ſed pragma idem eſt quod cauſa. annota-
tionem,id eſt factam proprio motu principis.generali.ꝛ.e.nec
damnoſa &.l.reſcripta.& pone exemplum de generali iure, vt
ſi quis impetraret reſcriptum,quod liceret ei vel alicui piſca-
ri in mari.ff.ne quis in lo.pu.l.j.§.ſi quis in mari. Lau.vtilitati
publicæ,quæ priuatæ præponitur.ſeptima quæſtione prima.
ſcias,in authent.de reſti.& ea quæ pa.§. quamobrem.collatio.
iiij.Lau.proferre,niſi conſtet de vtilitate principis. ff. ne quid
in lo.pub.l.ij.in authen.de mand.princip.§.ſi quis autem. coll.
1 tertia. Lau. Aduerte, dicit Bartolus ſic† reſcripta elicita con-
tra ius,vel vtilitatem publicam non ſunt ſeruanda, hoc dicit,
vos habetis hîc vnam gl.quæ eſt ad literam in.l.j. ff.de conſti.
prin.Gloſſa iſta domini eſt aliquantulum intrincata. ratio eſt,
quia in iure noſtro ſunt quædam diuerſa,nam princeps inter-
dum aliquid concedit ius commune concedendo,& quandoq;
iuriſditionem,vt reſcriptis ad iuris communis obſeruantiam.
Quandoque priuileg.vt caſtrum,quandoque priuilegium con
2 cedit contra ius commune,iſta ſunt ſeparata, † & iura iſtis vo
cabulis abutuntur,& glo.hîc promiſcuè quærendo, an reſcri-
pta vel priuilegia contra legem, valeant tangit de omnibus.
3 † Quæro ergo primo,an reſcriptum principis contra legem
Dei,valeat.dic vt in gloſſ. Secundo quæro, verum imperator
poſſit auferre:vide glo.vidiſtis quid dicit glo. Tu dic, aut vult
auferre ius commune concedendo,& poteſt vt in toto titulo
de bon.dam.ff.&.C.in authen.incestas.& de inceſt.nup.ff.de
publi.l.commiſſa,aut vult mihi auferre iuriſditionem exercē
do,& poteſt vt.l.fina.C.de iur.do.impe.aut vult mihi auferre,
alij priuilegium concedendo,& tunc ſi vertitur publica vtilitas
poteſt,vt.ff.de rei vendica.l.item ſi verberatum §.j. de euict.l.
Lucius. Aut non vertitur publica vtilitas, & tunc non poteſt,
vt hîc.&.l.quoties.C.de preci. impera. offer. Fallit ſi habeat
partem.vt.ff.de ve.re.fiſcali. ali.co.Fallit ratione poſſeſſionis
quam haberet,de re na.vt.l.vltim1.C.de anna.ex.aliâs præſcr.
Dominus Iacob.Butriga.dicebat ſimpliciter quod imperator
mihi poteſt tollere.Nam eadem poteſtas eſt earum legum, &
eius:& ideò poteſt tollere, videte domini, princeps non poſ-
ſet facere vnam legem inhoneſtam.argumen.l.tertia.ff.de le-
gib.eodem modo ſi velit auferre rem meam non poſſet:nam
imperator habet poteſtatem à Deo,vt in authentic. quomo-
do opor.Epiſ.in princip.ſed Deus non dedit ei iuriſditionem
peccandi,ergo &c.Tertiò quæro,an princeps poſſit reſcribe-
re contra ius ciuile,aut vult ſcribere legem,condendo, & po-
teſt:vt.l.non eſt.ff.de legibus.C.de Iuſtinia.Cod.componen-
do.l.prima.in fine.aut priuilegium alteri concedendo, & tūc
ſi lædit modicè, poteſt concedere, aliâs non : vt .l .quoties.
de precib.imperator.offerend.ſi lædit rem publicam non po-
teſt vt hîc: ſed quid in reſcriptis: ſumus in materia.l.præſcri
ptione, dic vt ibi. Quæro quid ſi imperator reſcribit con-
tra legem, & dicit, non obſtante.l.an valeat,gloſſa dicit quod
ſic. Alij dicunt quod non eſt neceſſe.allegant.l.idem Vlpianus.
§.ſunt & alij.ff.de excuſationibus tutorum. Communiter nos
tenemus quod inſeri debet illa clauſula per.l.ſi quis in princip.

ff. de leg. iij. ſed hoc eſt dubiom, an eſt neceſſe quod dicatur, nõ
obſtante tali lege, vel quod dicat aliquam legem glo. in authẽ.
hoc inter liberos. C. de teſtamen. videtor velle glo. in. l. ſi quis
in prin. ff. de leg. iij. & ideò puto quod non ſufficeret dicere, ali
qua lege non obſtante, quia generaliter loquitur. Item puto
quod non ſit neceſſe, non obſtante tali. l. nominando: quia il-
lud eſſet ſingulariter non indiuiduè loqui: ſed ſufficit quod di-
cat, non obſtante aliqua lege, quæ in contrariũ loquitur iſtud
eſt ſpecialiter loqui, ita debeat intelligere materiam ſecũdum
Bartolum in. l. omnes. C. ſi contra ius vel vtili. pu. vbi hęc lex
originaliter ſituata eſt. Baldus verò in præd. l. omnes. ſic dicit,
reſcriptum contra publicam vtilitatem tanquam iuri contra-
4 rium nullius eſt momenti, hoc dicit, † vel ſic, reſcriptum con-
tra ius conſtitutionis, vel contra publicam vtilitatem, non va
let, hoc dicit, & iſte eſt melior ſummarius, proferri. i. produci.
Nota quod generalis conſtitutio eſt obſeruanda potius quàm
reſcriptum. Secundò nota, quod reſcripta inutilia non ſunt
per iudicem cauſæ admittenda, & idem dico in omnibus in-
ſtrumentis inutilibus, quod iudex non debet pati quod redigã
tur in actis nec quod occupent publicas membranas. facit. ã.
ti. iij. l. reſcripta. & ita faciunt boni aſſeſſores, & periti. Circa
iſtam legem vos habetis glo. diſtinguentem, quam diſtinctio-
5 nem recito quærendo. † Nam cum multiplex ſit conſtitutio,
generalis, ſcilicet diuina & humana. So. diuiditor in conſtitu-
tionem iuris gentium, & in cõſtitutionem iuris ciuilis vniuer
6 ſalis, & iuris ciuilis municipalis, vel conſuetudinarij. † Et pri-
mo quæro, vtrum valeat reſcriptum cõtra ius diuinũ? reſpon-
det glo. quod non: tamen benè poteſt diſtinguere conſtitutio
humana legem diuinam. Verbi gratia, dicit lex diuina, in ore
duorum, vel trium teſtiũ ſtat omne verbũ: lex humana diſtin-
guitur ꝙ iſtud eſt verũ regulariter. Fallit in teſtamentis, & in
quibuſdam alijs caſibus expreſſis in iure. Ratio fallentię eſt pu
blica vtilitas, ſeu bonũ regimen vniuerſale: vt. C. de fideicom.
l. quæſtionem, hoc enim ſtatuitur propter refrenandam homi
num malitiam, & ſic propter bonum publicũ. facit. ff. de mili.
teſta. l. diuus. in fi. Aduerte glo. vocat diſtinctionem. alij vocãt
interpretationem: quia dicunt ꝙ conſtitutio humana poteſt
interpretari legem Dei, & ſecundum hoc hæc interpretatio
erit reſtrictiua: quia reſtringitur regula, vt non habeat locum
in caſibus exceptis: & ita dicit Lambertus de Salinis. Goff. in
ſumma de reſcript. appellat hoc modificationem: & ponit di-
uerſa exempla, in quibus conſtitutio humana legem diuinam
modificat. Nam lex diuina dicit, quos Deus coniunxit homo
non ſeparet. hoc ſic modificatur quod intelligitur de conſenſu
animorum, & carnis commercio, aliàs ſi primum non interue
niat, non ſecundum ſeparantur per religionis ingreſſum: vt in
cap. ex publico. de conuer. coniug. ibidem etiam videas plura
exempla per Gof. Alij dicunt quod aut eſt ius diuinum dans
formam in actibus hominum, & tunc poteſt diſtingui & mo-
dificari per conſtitutionem humanam rationabilem, & ita lo-
quuntur prædictæ opiniones. Aut eſt ius diuinum prohibito-
rium, vel punitorium: & tunc refert aut illud quod prohibe-
tur in nullo caſu reperitur permiſſum, puta non mœchaberis,
tunc lex humana in contrarium lata, non tenet: & ideò ſi caue-
tur ſtatuto, quod bannitus poſſit impunè offendi, & aliqua in
iure eſt bannita, non tamen poterit adulterari: etiam vir ſimi-
liter ſit bãnitus, quia adulterium eſt adeo per ſe malum, quod
ex nulla cauſa poteſt iuſtificari: vt extra de iureiur. c. & ſi Chri
ſtus. Aut eſt tale ius prohibitoriũ qđ in aliquo reperitur con-
ceſſum. Sicut eſt illud non occides: nam reperitur conceſſum
in hoſte & in damnato ad mortem, tunc bene valet conſtitu-
tio humana contra illam prohibitionem cauſa ſuffragante.
Puta, dicit ſtatutum, ſeu dictat quod bannitus poſſit impunè
occidi: nam bene valet ſtatutum, quoad legem fori: vt. ff. ad le-
gem Cornel. de ſic. l. iij. § transfugas. Item eſt aliud exemplum
in illo præcepto non furaberis: nam reperitur furtum interdũ
permiſſum: vt ſi quis furetur rem hoſtium, vt. ff. de dolo. l. j. §.
non fuit, tunc ob ſimilem cauſam tenet conſtitutio humana.
Vnde ſi dicat ſtatutum quod bannitus poſſit impunè offendi

non punitur ille qui furatur res eius banniti, quaſi furetur res
publici hoſtis. Iſta enim clauſula, quod poſſit impunè offendi,
intelligiť ſimpliciter, ſed in bonis & in perſona: vt. ff. de alea. l.
j. § quod autem. & ille eſt melior textus adhoc qui ſit in iure.
7 † Secunda quæſtio, vtrum valeat ciuilis conſtitutio, vel reſcri
ptum contra ius gentium, Tertia quęſtio eſt, vtrum valeat re-
ſcriptum contra ius ciuile, & dic vt dixi. in. l. reſcripta. & dein-
de plenius hic conclude, vt hic per Pe. & Guido. Quarta quæ-
ſtio eſt vtrum valeat reſcriptum contra ius cõſuetudinarium,
vel municipale. Breuiter dicendum eſt quod non, quia cenſe-
tur obreptum principi, hoc enim niſi in reſcripto fiat mentio
ſpecialis de illa conſuetudine, vel ſtatuto: nam tales conſuetu-
dines, & talia ſtatuta ſunt facti, & ideò princeps præſumitur
ignorare: vt in cap. j. de conſti. lib. vj. & ita tenent Docto. & te
ne menti: quia multæ conceſſiones poſſunt per hoc infringi.
Sed nunquid neceſſe eſt quod dicatur, non obſtante tali ſtatu-
to poſito ſub tali rubrica, an verò ſufficiat dicere, non obſtan-
te aliquo ſtatuto, vel aliqua conſuetudine in contrarium loquẽ
te, vel diſponente. Reſpondeo cum ſit mentio ſtatuti, vel con-
ſuetudinis videtur neceſſaria mentio ſpecialis: nam ipſa con-
ſuetudo, vel ſtatutum eſt quid ſpeciale: & ideò tunc valet re-
ſcriptum illius qui tali conſuetudine, vel ſtatuto poteſt dero-
gare: vt. ff. de ſepul. vio. l. iij. § diuus, Quãdo autem reſcriptum
eſt contra ius commune ſunt opinio. quia quidam dicunt qđ
debet fieri mentio ſpecificata de lege contraria. Alij dicunt ꝙ
ſufficit generalis clauſula, non obſtante aliqua lege, quæ in cõ
trarium loquitur. Sed ego dico quod aut reſcriptum eſt prohi
bitorium ſpecie, & tunc requiritur ſpecialis clauſula. exemplũ
in l. j. ſi nuptiæ ex reſcript. petan. &. C. de natu. libe. l. j. C. de re-
ſcind. vend. l. ratas. Si autem eſt prohibitus in genere, per viam
regulæ illius. l. nec damnoſa. tunc credo quod ſufficiat clauſula
generalis, non obſtantium, vt ſit generalis clauſula derogato-
ria deroget gñri, & ſpecies ſpeciei. ar. ff. de leg. ij. l. legatorũ §.
quiplures, vltimo ſcias, quod reſcriptũ interdum eſt cõtra pri-
uilegium alicuius, & tunc non valet, niſi faciat mentionem de
illo: vt extra de reſcrip. c. cum ordinem. &. C. de Sylla. l. de alio
iubet. lib. xij. & ibi not. &. C. de fun. & ſal. l. ſi qua loca. lib. xj. &
ibi not. ſecundum Baldum in præd. l. omnes. Alia autem nota
ta in prædicta. l. omnes. per Cynum, & Butrigar. & alios domi
nos legum, videas per teipſum.

SVMMARIVM.

1 *Probatio qualiter fieri debeat.*
2 *Originalia reſcriptorum quæ ſint.*
3 *Quæ fidem faciant.*

§. Sancimus. Inſinuantur. i. iudicium proferantur
ad probationẽ faciendã: quia per ori-
1 ginale, † facienda eſt probatio. ff. de fi. inſtrumen. l. ſecunda. &
extra eodem titulo cap. primo. de hoc legitur. & not. nona di-
ſtinctio. vt veterum. centeſima diſtinctio: contra morem. vel
dic, id eſt publicentur ad æternam memoriam. C. de teſtamen.
publicatis. per exemplum enim nihil probatur. C. de æden. in
authentic. ſi quis io aliquo, licet ſit argumen. contra. ff. de iure
fiſci. in fraudem. Si tamen fuerit publicatum, creditur ei: vt in
prædicta. l. publicari. Ioan def. Baldus verò dicit ſic, per origi-
nalia non per exemplaria ſit probatio reſcriptorum, hoc dicit
ſecundum vnum intellectum: iſtud verum eſt niſi ſint legitimè
exemplata citatis citandis: tunc enim quoad citatos, & quoad
eos qui non debuerunt citari, quia tunc eorum non intererat,
tale ſumptum ſiue exemplatum fidem facit plenam: vt nota-
tur. C. de ædendo. authenti. ſi quis in aliquo documento, & in
nouella Iuſtiniani, & corpore vnde ſumpta eſt ſub titulo vt
ſponſalitia largitas § iij. colla. ix. & ibi videas Ioan. de Ana. & l.
chirographis. in prin. ff. de admi. tu. in reſcriptis & priuilegijs
2 dic, † ꝙ illud eſt originale qđ habet bullã, aliàs non poteſt eſſe
originale, & adde. j. ead. l. ſacri affatus. Alius intellectus huius
3 legis eſt, quòd licet primum ſumptum, legitimè † exemplta-
tum ſa

tum faciat fidem·tamen exemplum exempli nunquam facit fidem ſecundum Richard.Mal.& Cyn.quod eſt valde no.eſt enim ſimile teſtimonio de auditu auditus, quod non facit fidem hoc alibi non repetitur. Vltimo not.quòd inſinuare non eſt aliud quàm producere,vel facere coram iudice.concord. C.de teſta.l.omnium.& per hoc predie conſului, quòd inſtrumentum factum coram iudice decretum interponente, cenſetur inſinuatum,licet iudex non pronunciauerit ſuper inſinuatione licet Guliel,contrarium notet.C.de ſacroſanct.eccle.l. illud.& dic vt ibi Baldus.

SVMMARIVM.

1 *Intellectus §.idem quæſyt.l.cum taberna.ff.de pigno.*

Si qua beneficia. Perſonalia, ſubaudi maximè, quia idem ſi realia. Laurenti⁹. Baldus vero dicit ſic,non valeret reſcripta ſine die,& conſule,hoc dicit concordat.xxv.q.ij.ſi qua.cano.dicenti vba canonizata eſt hæc lex & nota quód dicit hîc dominus Cyn⁹ quòd inſtrumenta quæ fiunt ad contrahendum,non vt ex ipſis oria
1 tur probatio,& ſic intelligitur † lex cum taberna §.idem quæſyt.ff.de pigno.ſecundum Baldum.in prędicta.l.ſi qua.

SVMMARIVM.

1 *Annotatio quid dicatur?*
2 *Qui fuerint olim quæſtores.*

Vniuerſa. Reſcripta prędcantium id eſt in perſonam eius qui præcatur iudicem,i.ad conſultatio
1 nem iudicis. ij.q.j.nomen.i.j.q.vj.multum annotatio † annotatio dicitur ſcriptura,in qua notantur criminoſi vel dicitur inſtrumentum factum per manum notarij Io.de ſict pragmatica.x.q.ij.§.ſed & permutare,extra de re.permu.c.j.vbi exponitur fidei i.veritatis beneficio i beneficio conceſſo principis
2 reſcripto Io.ſ.nam.& verſi.quæſtor.hîc dicit † quòd duo erant quæſtores vt dici.§.ij.q.vj §.illo,in quo §.etiam habetur de viris ſpectabilibus,vt ſunt tres gradus magiſtri.i.domini ſcriniorum.i.notariorum reprehenſione.i tantùm reprehendentur. & qui.verſi.pragmaticarij.i illi qui ſcribunt pragmaticas ſanctiones cingoli.i.honoris.In glo.j.inquiſitio,ibi appoſita,adde i.conditio vel adiectio ad inquirendam veritatem appoſita, vel conditio quæ de precibus fidem facit.Laur.Guydo.& hîc omnino addere habes ea quæ ſcripſi.§.e.in.l reſcripta,ij.& in l.pr.eſcriptione per quæ habes expeditam literam quę ſituatur.C.de diuer reſcrip.l.vltima.

Priuilegia. fixa.i.firmata.xxij.q.v.fixum,nouitate. de conſe.di.iij.cælebritatem.in fi.in.j.glo.ibi ſtatu eccleſię,adde.§.j.q.vij.& ſi illa.Guydo.

Si quis dogma. i.de fide catholica,mandata,de eccleſiaſtica diſciplina interdicta,de correctione dec.hoc reſpexit q̧ pcedit ſanctiões,vel decreta,vñ redde ſingula . ſingulis. Lau.vel dic q̧ ſanctio cõtinet pœnam ſãguinis.inſtitu.de re. diuiſione §.ſanctę. Io de ſi.Guy.ſequiſ.c. deceſſorum

SVMMARIVM.

1 *Qualiter prædeceſſoris factum poßit ſucceſſor diſſoluere.*
2 *Alicuius delictum non poteſt,nec debet in damnum alterius verti.*

Deceſſorum. conuenit §.e.j.q̃.j.iuſtitię.ita debet, ver.honorari⁹,ſub.inquiũt vt.§.c.pximo.ſ prin.In gl.vt extra de reb⁹ in ſi.adde ad idẽ.extra de cle
1 nõ reſi.cũ ad hoc.xxxv.q.ix.q̧ qa † & ſic pbaſ q̧ ſucceſſor factũ pdeceſſoris diſſoluit ſed ar.cõtra extra ne.ſe va.nouit.§.e.q.ſi ea.extra.de reicr.literis.lxiij.di.c.ij.ſo.qd bñ ſit à pdeceſſore,ratũ debet hr̃e ſucceſſor.extra de ſol.c.j.qd eũ male ſit,reuocari põe vt hĩc & l p.de.cũ ad hoc verũ tñ reſpõderi põt ipſi de.cũ ad hoc qa ibi iore legatiõis,vł authoritate papę diſſoluebatur factum prædeceſſoris.ſecundum Go.qui ita no. vel dic ſecundum Vin.quòd ibi propter indulgentias iterum papa conſulendus eſt,& propter patriarchę licentiam, quę excuſat, qui habet in quibuſdam ſimilem moram.ro pou.lxv.diſt. de pręb.graue.vnde cum in iſta decre.cum adhoc præmiſiſſet Papa,non obſtantibus apoſtolicis indulgentijs, ſubiunxit ,& addidit & prædeceſſorum tuorum.ſ.patriarcharũ licentia &c, ſecundum Vin.Goid. Verum autem ſucceſſor poſſit reuocare factum prædeceſſoris,ſcripſi de cle.non reſi.c.cum ad hæc , in
2 prima quęſtione.† Et qualiter delictum perſonæ non debet in damnum eccleſiæ,vel alterius redundare,ſcripſi de excep.cum venerabilis.& de reg.iur.c.delictum.lib.vj.

Non tam nouum. Obtemperant , aliâs ſecus. xvj q.j.c.generaliter.§.e.§.vltimo. ¶ In.j.gloſ.in fine.adde ſic.xij.di.c.ij.vbi de hoc.Guido.

SVMMARIVM.

1 *An pœna loco rei ſuccedat,& peti poßit.*

Si eccleſiæ. Hoc eſt. C.de epi.& cle.ipſa quoq;. verſi. ¶ In gloſ.hîc habes.ibi,locum.adde ſub. cum diſtinctione ibidem facta,vt.ff.de pet.hæred.nec vllam.§.
1 vlti.Et in fine.adde † vel dic refert an pœna ſuccedat loco rei, vt tunc altera ſit contentus.ff.pro ſocio.l.ſi quis à ſocero.&.l.q̧ ſi.& in d.l.prædia.ſi autem non ſuccedit loco rei,tunc vtrũq; petere poteſt ar.ff.de recept.arbi.l.ſi quis rem.in arbitrio autẽ quæritur,an pœna recepta poſſit peti,vt ſtetur ſententiæ non videtur arg.ff.de recept.arb.l.ij.C.eo.titu.l.j.&.ij. quia contrarias intentat actiones:vnde non auditur extra de app.ſollicitudinem.C de fur.l.j.ff.quando app.ſit.l.ij.in auth.de iudi §.quia verò.hîc verò expreſſe dici videtur & verum vbi in compromiſſo dictum ſit,vt pœna ſoluta ſtetur arbitrio.ff.de tranſact. l.pen.C.de tranſactio.cum proponas.ff.de recept.arbi.ſi quis rem.Ioan.deſ.Guido.

SVMMARIVM.

1 *Vbi continentur probatio priuilegiorum.*

1 **Poſteà.** Intrà.i.priuilegia.documentorum , † quia in eis continetur eorum probatio.ff.de leg.iij q̧ chirographum.Lau.intercedentium.i.petitione,& authoritate ſuperioris.Io.de ſ. vel,pro,etiam,licentiam,dicunt quidam.ſ.expreſſam,ſed tacitam ſic ad quod facit quod no.§ e.q.c.j.& extra de arbi.cum tempore. ¶ In gloſ.nec.ibi,videas,& adde & extra de priuil.cum olim. Papa.verſic.nos igitur.in glo.& ſic.ſi ergo leonis.§.e.priuilegia.§.e.in galearum.§.e.deceſſorum.§. eadem q.tæſtio.imperialis. pontifex.§.e. proxi. à documentis.i.priui legijs Guido.

Secunda pars.ij.q.cauſæ.xxv.

SVMMARIVM.

1 *Quando primum deroget priori.*

HIs ita reſpondetur. Hîc incipit: ij. pars. ij. q. cauſę.xxv.i qua ponit magiſter diuerſos caſus, in quibus perditur priuilegium,& primò ponit de ſpecialibus,ſecundo de generalibus.Io.de ſic:
1 diſiungere,ex certa ſcientia,† alioquin videtur velle non derogari priori priuilegio per ſequens,ar.extra de reſcript. c.cæterũm. pro neceſſitate.ver.perſonaliter.ver.Guid.

Sic decet. Admittat,hoc eſt quia incidit in conſtitutionem.C.vnde vi.ſi quis in tantam , decima ſexta quæſtione ſexta.placuit §.j.quæſtione tertia.§.notandum,in fine.Iof.aſſumpſit.nam talis vſurpator eſt vt patet ſupra eadem.q.amputato. ¶ In prima glo.in fine.ſuper verbo, amittit.de pœna excelſa loquente.adde fuit tamẽ in prima cõpillatione,ibi dicebatur q̧ per iniuſtitiã plus petendi,diabolus

amiſit totius debiti ſummam quam in nobis habebat: vt ibi de hoc notatur. Guid.

Denunciamus. Et aliâs vel Aemilieñ. eccleſiarũ. i. diœceſis, vel prouinciæ. Iod. Guid.

SVMMRIVM.

1 *Vniuerſitas an poßit accuſari de crimine nephandißimo.*
2 *Delictum propriè quid ſit, item & peccatum.*
3 *Intellectus verborum finalium. l. iubemus. C. de ſacroſan. eccle.*

Ita nos. Hoc reſpicit. §. pręd. verſic. pro atrocitate Sylla-
1 norum, † ſed nunquid poteſt vniuerſitas de iſto crimine accuſari: videtur quòd non, cum dicat lex, quòd vniuerſitas non poteſt dolo aliquid facere. ff. de dolo. ſi ex dolo. §. j. dicamꝰ tamen quòd poteſt, & accuſabitur nomen vniuerſitatis procurator vel adminiſtrator. ff. de condi. & demon. municipibꝰ. C. de epiſco. audi. decernimus, & punientur maiores arg. extra de ſimo. veniens. Lau. Alij contra, qđ dic, vt not. vij. q. j. ſicut vir. xij. q. ij. epiſcopus qui extra de ſimo. dilectus filius. & §. abbatibus, ibi vide. criminis, id eſt mortis, quæ horribilis eſt. hæſitaret, id eſt dubitaret. parricidialibus parricidæ vocantur quicunq; occiderunt aliquem de ſuis conſanguineis: quia ortum habent ab vno patre. inſti. de publi. iudi. §. alia deinde lex. ff. ad le. Pomp. de parri. l. j. & . ij. Iod. adeo, id eſt ex toto. quapropter. verſi. eatenus, id eſt in tantum. parochiæ, quia factum eſt caſtrum, de ciuitate, & hoc caſtrum ſyllanorum eſt in Apulia ſecundum Io. de f. ſine perſecutore. maximè. xxxij. q. v. itane. chriſtiane, verbum, vel doctrinam. Lau. funeſta. id eſt mortalis. ceſſatione, id eſt conſequentium. ſ. quod non ſint ibi de cętero põtifices. materia, id eſt occaſio. ordo, ſi ibidem perſona defuerit inquam non aliâs ſi non. Io. de. perpetraret, acerbitas, eoquoq; &c. penſandis, id eſt dandis, vel quęrendis. inſtinctu, id eſt ſuggeſtione domeſticorum, & familiarium. H. La. præbeat. ſecunda pars. pariter, id eſt ſimul, & concorditer. viciſſim, id eſt concorditer ex temporalibus conſtitutis. miniſteria, id eſt epiſcopale officium. zizania, id eſt malos. xj. q. iij. nolite. frumenta. i. bonos. xxxij. q. iiij. recurrat. ad fi. ¶ In glo. arg. quòd, ibi, hîc eſt arg. adde, ad hoc argumen. ſumitur ex eo quod præcedit. ge-
2 minata ſecundum Lau. ¶ In glo. hoc delictum, † adde delictũ propriè dicitur deſertio boni, peccatum dicitur propriè perpetratio mali: ſed ſæpe vnum ponitur pro alio, vt hîc & in. ca. alleg. nec epiſcopum: vt ibi, no. Hug. de hoc de poen. diſt. j. c. ſi peccatum. Et ibi, in honore. adde iſtam ſolutionem, etiam poſuit. H. in præd. c. ſi epiſcopum, vel ſecundum eum non fuit translatus epiſcopus, ſed ad tempus iſti caruerunt epiſcopo. Et in fine. adde, dicunt quidam multorum peccatum eſſe impunitum. quod, ſcilicet conſiſtit in faciendo: vt hic. & . C. de ſacroſanct. eccle. l. iubemus nullam. xiij. q. vj. placuit. poteſtatum, verò vnius. xvj. q. vj. ſi epiſcopum. Alij verò dicunt quòd peccatum iſtorum quod in faciendo conſiſtit, non imputatur. vt in. d. l. iubemus. & contrarium intelligunt vbi epiſcopus, vel prælatus habet proprium: vnde poſſet eccleſiam ſaluare indemnem.
3 † Et qđ dicitur in. l. iubemus, id nauigij &c. refertur ad priuatorum naues, non loci religioſi ſecundum Lau. ¶ In glo. j. pro vtroq;. in fine. adde, vel dic in vtroq;, ſcilicet eorum quæ ſequũtur, id eſt ſiue inſtructus, ſiue fictus. H. & Lau. ¶ In glo. ſic ergo in fine. adde, ad idem. xxiiij. diſt. præsbyteri. hoſtilitatis. hîc incipit tertia pars quęſtionis, in qua magiſter ſoluit, & benè ſecũdum Ioan. de ſict. mittantur. vt ſeptima quæſtione prima. temporis. non igitur. ver. alioquin, id eſt vel aliter, ſed ſi non poſſit eis derogari authoritate apoſtolica. H. La. alicui. ſub. ſic ergo patet quod priuilegium præcedens derogatur per ſequentia. Lau. Sed obijcitur. ſecunda pars. ad quam. ver. illud, aliam poſuit ſolutionem quã poſuit. decima tertia quæſtione prima. §. illud autem. reli. domibus. decima tertia quæſtione ſecunda. cap. vltimo. Lau. vel potius. verſic. coguntur. hoc eſt verum ſi ad tempus collata ſunt. Lau. priuilegia. tertia pars. vel ſi. verſi. In glo. arg. quod in fine. adde, vbi de hoc.

Tertia pars. ij. q. cauſæ. xxv.

NOn ergo. Priuilegia, hic incipit tertia pars ſecundę quęſtionis, cauſę vigeſimę quintæ.

Sequitur cauſa. xxvj.

SVMMARIVM.

1 *Sortilegi qui ſint.*
2 *Species diuinationis.*

QVidam ſacerdos. Sortilegus, hîc intitulatur cauſa. xxvj. de ſortilegijs, & diuinationibus. In qua ex prælibato themate ſeptem eliciuntur quæſtiones, quæ ſit continuatur ad præcedentia. In cauſis præcedentibus tractauit de hæreticis, hîc autem tractat de ſortilegijs, & de reconciliatione excommunicatorũ, & pœnitentia morientium: vt authẽ. hæc & alia &c. Lau. vel dic, aliter expediuit magiſter de priuilegijs, & quid iuris ſit de priuilegijs generalibus, & ſpecialibus: ſed quia multis modis perditur priuilegium, ideò in hac cauſa tractat de criminibus quæ
1 excludunt priuilegium: † & nunc tranſit ad ſortilegos, & aruſpices, & ad alia peccata mortalia, & qualiter talia puniantur, & vt hæc & alia &c. Ioan. de. Tu dic & aliter tractaturus magiſter de ſacramentis in ſequentibus præmittit tractatum de ſuperſtitionibus, quæ ſacramentorum ſpeciem habere videntur, & vt hæc & alia &c. Breues reſpõſiones quæſtionum. Qui ſint ſortilegi. dic vt. j. eadem quęſtione. j. cap. primo. an ſit peccatum eſſe ſortilegum. dic quod ſic vt patet. j. e. cauſa. q. ij. non exemplo, & extra de ſortileg. cap. j. & . ij. à quibus genus diuinationis ſumpſit exordium, dic quod à Perſis, & Medis: vt. j. ea.
2 cauſa quæſtione. iij. c. j. Quot ſunt generationis, dic quod quatuor principalia, ſecũdum quod ſunt quatuor elementa, vt. j. ead. cauſa. quæſt. iiij. cap. j. An ſortilegi, vel diuini ſint excommunicandi ſi ceſſare nolunt. dic quod ſic vt. j. ead. cauſa quæſt. v. cap. j. an excommunicatur ab epiſcopo poſſit reconciliari à præsbytero illo inconſulto. dic quod ſic, in mortis articulo: vt j. ead. cauſa. q. vj. cap. j. & . ij. & cap. penultimo. & vltimo. Et ſi morientibus eſt iudicenda pœnitentia ſub quantitate temporis. dic quod non, ſed eſt innoteſcenda, vt. j. ead. quæſt. ſeptima cap. j. Ioan. de ſicto.

Prima quæſtio, cauſæ. xxvj.

SVMMARIVM.

1 *Pœna ſortilegorum quæ ſit, & quædam de aſtrologia quæſtiones.*
2 *Sortilegi diuinatio.*

QVi ſunt ſortilegi. Hîc intitulatur prima quæſtio cauſæ, xxvj. in qua quæritur qui ſunt ſortilegi, & hoc proſequitur per. ca. ſequens. Ad declarationem autem quæſtionis & totius cauſę, ſi quę-
1 ras ſpecialiter, vtrũ & qñ ſors permiſſa ſit, † & quæ ſit pœna ſortilegiorũ: vide quæ ſcripſi extra de ſortile. c. j. in. j. ij. quęſtionibus. & an inſpectio Aſtrolabij, quę ſit per Aſtronomiam ſit permiſſa, & an Aſtronomia ſeu Aſtrologia ſit iure ciuili, vel canonico reprobata, & an pœna debeatur exercentibus, vel exquirentibus indicia huius ſcientiæ ſcripſi. e. tit. c. ex tuarum, in prima & ſecunda quæſtionibus, & finaliter tractatum de diuinationibus, & ſortilegijs. vide. j. ead. quæſtio. iij. & quæſtio. quarta. capit. igitur. Et dic, ſortilegi, id eſt ſortes eligentes, vel ſortes

ſortes legentes in libris, vel alijs. Ioan. de fict. Quæſtio iſta diui
ditur in tres partes, in prima parte, probat magiſter ſophiſticè
quòd nullum peccatum eſt exquirere ſortes tempore neceſſi-
tis. Ioan. de ficto.

SVMMARIVM.

1 *Ficta religio quid ſit.*
2 *Miſſa poteſt ob quid cantari.*

1 **Sortilegi.** Fictæ religionis, † ficta religio vocatur, ſu-
perſtitio quæ reprobata eſt. ſ. xlj. diſtin. quiſ
quis. &. C. de paga. & ſacrific. l. nemo. Ioſue. vij. c. Saül. verſic. j.
Reg. xiiij. c. ſceptro. i. virga regia. reuocauit. xxij. quæſt. ij. § vlti
mo. Ionas. vbi, hæc hyſtoria ponitur. ſ. j. quæſtio. iiij. § his ita.
verſi. ſic & nauicula. Ionas, Ioſue. j. & ij. & Matthæi. xij. de Za-
charia. ver. hyſtoriam. habes. ſ. j. q. j. nonne legitur. Luc. j. Ma
thias. ver. hyſtoriam. habes. ſ. j. q. j. nonne. ſucceſſor. Act. j. in fi.
quod ergo. ver. ¶ In. j. gl. fieri ſortes adde idem ſentit hîc Lau.
Dicit enim quod cum duo ſunt electi paris meriti. nec poteſt
a ratificari alteri propter ſcandalum, † miſſa cantari poteſt, &
charta ſcribi, vt ponatur ſuper altare, & veniat puer, & det eã
cui vult, & ille habeatur electus ſecundum Lau. de hoc not. ſ.
lxiij. diſtinct. § vltimo. & extra de elect. eccleſia & extra de ſor-
ti. c. vltimo. quæ decr. videtur contradicere in fine. &. ĩ. e. non
exemplo. Sed tu dic ſecundum Ioan. de ficto. quod contrarium
verum eſt, vt patet in præd. decre. extra de ſortileg. c. vltimo.
& ibi, ſcripſit. adde ſub. in epiſtola ad Honoratũ. de hoc ſatis
dicam. j. cap. proximo. Guido.

Secunda quæſtio cauſæ. xxvj.

QVod autem ſortes. Hîc intitulatur ſecunda
quæſtio, cauſæ vigeſimæ ſextæ. in qua quæritur
an ſit peccatum ſortes exquirere.

SVMMARIVM.

1 *Sors quid deſignet, & de eius appellationibus.*
2 *Diuinatio ſortis ſuperſtitioſa dicitur: & de euentu ſortialiũ actuum.*
3 *Vtendo ſortibus quot modis peccetur.*
4 *Inferiora à ſuperioribus reguntur.*

1 **Sors non eſt.** † Sors rem dubiam deſignat. humana.
C. de legi. ſi duobus. § j. C. famil. herc. ſi
qua. Lau. dubitatione. aliâs dubietate iudicans. voluntatem. di
cas quod ſortes propriè dicuntur cum aliquid fit, vt eius euen
tu conſiderato, aliquid occultum innoteſcat. & ſi quidem quę
ratur iudicio ſortium quid cui ſit exibendum, ſiue illud ſit res
poſſeſſa, ſiue honor, ſiue dignitas, ſiue pœna, aut actio aliqua
vocatur ſors diuiſoria. Si autem inquiratur quid agere opor-
teat vocatur ſors conſultoria, ſi verò quęratur, quid futurum
ſit, vocatur ſors diuinatoria. Actus enim hominum qui requi
runtur ad ſortes non ſubduntur diſpoſitionibus ſtellarum, nec
etiam euentus ipſorũ. Vnde ſi quis ea intentione ſortibus vta-
tur, ꝙ huius actus humani, qui requiruntur ad ſortes ſecundũ
2 diſpoſitionem ſtellarũ ſortiantur effectum, † vana & falſa eſt
omnino, & per conſequens non carens dęmonũ ſuggeſtione.
& ideò talis diuinatio erit ſuperſtitioſa & illicita. Hac autem
cauſa remota neceſſe eſt, ꝙ ſortialium actuũ euentus expecteť
vel ex forma vel ex aliqua alia ſpirituali cauſa dirigente, & ſi
quidē ex fortuna, qđ locũ habere poteſt ſolũ in diuiſoria ſor
te non videtur habere peccatũ, niſi fortè vitiũ vanitatis, ſicut
ſi aliqui non valentes aliquid cōcorditer diuidere velint ſorti
bus ad diuiſionē vti quaſi fortunę exponentes quiſquã partem
accipiat. Si verò ex ſpirituali cauſa expectatur ſortiũ iudiciũ,
quandoq; quidem expectať ex dęmonibus ſicut legiť Eze. xxj.
ꝙ rex Babilonis ſtetit in biuio capite duarũ viarum cōmiſcens
ſagittas interrogauit idola & ipſa conſuluit, & hoc illicitũ &
à canonibus prohibitum. Quandoq; expectatur à Deo, ſcđm
illud. Prouer. vij. ſortes mittuntur in ſinũ. ſed à domino tempe
ratur, & talis ſors ſcđm ſe nō eſt malum. ſed res in humana ha-
3 bitatione &c. vt hîc dicit Aug. † Et poteſt tamen in hoc, qua-
druppliciter peccatum incidere. Primò, ſi abſq; vlla neceſſitate
ad ſortes recurratur. hoc enim videtur ad Dei tentationē per
tinere, qđ non eſt faciendum. xxij. q. ij. quæ. xxiiij. q. vlt. ſi nul-
la. Secundò, ſi quis etiam in infinitè, abſq; reuerentia ſortibus
vtatur: imò cum deliberatione magna & pręmiſſa oratione de
bet fieri, exemplo apoſtolorũ in electione Matthęi. Actu. j. vt
ait & exponit Beda. ĩ. e. non exemplo. Tertiò, ſi diuina oracu-
la, ad terrena negotia conuertãtur: vt dicit Aug. ad inquiſitio-
nes Ianuarij. ĩ. e. q. hi qui. Quartò, ſi in electionibus eccleſiaſti-
cis quæ ex ſpiritus ſancti inſpiratione fieri debent, aliqui ſorti
bus vtantur extra de ſortile. c. vlti. Secus autem eſt in tempora
libus dignitatibus, quę ad terrena diſponenda ordinanť, in quo
rum electione homines plerũq; ſortibus vtunť: ſicut & in tem
poralium rerum diuiſione: ſi verò neceſſitas immineat, licitũ
eſt cum debita reuerentia ſortibus diuinum iudiciũ implora-
re, aliâs explorare, ſicut tempore perſecutionis quis fugiat ne
morte omnium deſeratur eccleſia. Fortè quæri poteſt, vt dicit
Aug. in epiſtola ad Honoratum, & cui ſit danda eleemoſina,
cum duo æquè indigẽtes occurrerint cęteris paribus, & vtriq;
dari non poteſt, ſorte iuſtè quęritur, vt dicit Aug. in. j. lib. de do
ctrina chriſtiana ſcđm Tho. de hoc etiam dicitur. ſ. c. in ſum.
¶ In. j. gl. ibi, idololatriam. adde, vnde mala eſt in vſu ſui. xv. q.
j. illa. Et in fi. adde, vel hoc intelligo ſcđm antiqua tempora, qũ
non erant prohibita Lau. His itaq;. hîc incipit. ij. pars quęſtio
nis, in qua probat contrarium per. xx. authoritates ſanctorum
Io. de. ſacerdotalis, ſed ꝙ non poſſit vti matrimonio iam con-
tracto, vel ſi velit vti, vt non promoueretur: quorum vtrunq;
modo prohibetur. Nam ꝙ ſacerdos non poſſet contrahere, ab
ipſo apoſtolo fuit hoc ſtatutum. H. hoc not. lxxxiiij. di. cum in
præterito Lau. prohibetur, hoc expeditur. xxxv. q. j. monſtrať.
per cauſam, ſecus ſi per occaſionem. conſtellationes. i. compu-
4 tationes ſtellarum † Quia corpora inferiora reguntur à ſupe-
rioribus. ſ. per diuinam prouidentiam. Io. de. apoſtolus ait, in
epiſtola ad Gal. iiij. c. Lau aſtrologia, dicitur ab aſtris & logos
ꝙ eſt ſermo inde aſtrologia. i. nominatio aſtrorum. curioſitate,
hîc reprobatur nimia curioſitas, argum. xij. quæſtio. j. habebat
Lau. quod autem. Guido.

SVMMARIVM.

1 *Superiora non ſunt trahenda. ad conſequentia.*

1 **Non ſtatim.** Exemplo, vt enim teſtatur Hiero. ſpe-
ciale fuit in iſtis, † & ideò non eſt trahẽ
dum ad conſequentiã ar ij. q. v. monomachiam. xiiij. q. v. dixit.
ĩ. e. non exemplo. Ioſu. e. c. ij. & iij. credere, indifferẽter. ĩ. e. nõ
exemplo actibus apoſtolorũ. j. c. ¶ In. j. gl. in fi. adde, vt. ſ. xxiij.
q. v. ſed non licet. extra de diuor. c. gaudemus. Guid.

Hi qui. De paginis. i. chartis & libris euãgelicis, ſicut cũ
aliquis aperit euangeliũ, vt per illud qđ primo
occurreret ſciat futura, vel pręterita. Ioſ. vel fortè ſortes. i. fu-
tura. Ioſ. legunt. i. colligunt ¶ In. j. gl. in fi. adde, hęc eſt cōpara-
tiua permiſsio, de quo no. ſ. iij. di. c. vlt. ibi videas. Guid.

Non exemplo. Priuilegio. i. ſpecialia facta. Lau.

Si qui. Secunda pars. aliqua, hoc hodie nõ valet, nec locũ
habet extra de ſortil. c. vlti. Io. de. hoc dixi. ſ. e. c. j.
De diuinis, hîc incipit reprobare diuinos, & ponere diuerſas
ſpecies diuinationis, & ſuperſtitionis. Io. de fict. ¶ In. j. gloſſ. in
fine. adde. ſ. j. q. j § ſicut ergo. extra de priuile. c. ſanè. Guido.

SVMMARIVM.

1 *Infamia notato an ſit credendum.*

Intelligi. Hoc. c. habetur. ĩ. e. q. v. nec mirũ, & eſt illud
pars illius, & hoc. Deu. xiij. non ſcđm Deum
ergo videtur è contrario ſenſu, ꝙ aliqua poſſunt fieri ſecundũ
Deum, cũ fortè reuelatũ eſt per ſpiritũ ſanctum: vt cum fortè
neceſſitas imminet. ij. q. v. ſæpe. ar. licet quidã dicant illud ab-
a rogatũ, & eſt hîc ar. ꝙ ſi † infamis dicat teſtamentum eſſe ve-
rum, non eſt ei credendum. ar. C. de digni. l. ij. Lau. accidunt, in
caſu tantum. non accipienda. ſub. quamuis vera ſint. Lau.

SVMMARIVM.

1 *Deſcriptio diuinationis, & de eius origine.*
2 *Amor ſpatio terrarum non minuitur.*
3 *Quid ſit genethliacus.*

Illud. Hic, quædam genera diuinationum enumerantur,
quæque ad dæmonum pertinent culturam. illicita
eſſe oſtenduntur inſtitutiones hominum, id eſt, iure gent. ſ. j.
diſtin. Ius gentium. Nam illud quod eſt ſecundum ius natura-
le, non dicitur ſecundum inſtitutiones hominum. ſ. j. diſt. ius
naturale, ſecundum Io. de. partim, ponit diſtinctionem, ſed tan
tum alteram partem proſequitur oſtendendo quid ſit ſuper-
ſtitioſum. In ſecunda parte autem, ibi, hoc autem genus &c.
1 dicit † ꝙ diuinatio fornicatio eſt animæ, & ꝙ ſi diuini quan-
doque vera dicant, non tamen facienda, vel credēda ſunt, quæ
ab eis præcipiuntur, ſed reprobanda Lauren. ſuperſtitioſum,
iſtud non eſt ſecundum ius gentium. nam ius gentium habet
ortum ex naturali æquitate, inſti. de iur. natu. § quod verò na-
turalis ratio. Io. de. ſuperſtitioſum eſt. ver. ad conſultationes.
ver. molimina. i. artes Haruſpicum. ĩ. ea. q. proxi. c. j. verſi. Ha-
ruſpices augurium. ĩ. e. q. proxi. c. j. ver. augures, libri, ĩ. e. q. vj.
non obſeruetis, ligaturæ, de conſe. diſt. v. fucare, condemnat. i.
non approbat hæc quandoque fiunt cum incantatione, aliàs
probantur. ĩ. ea. q. viti. Lau. præcantationibus. ĩ. e. q. vij. admo
neant, ibi videas, phiſicam, vocant ſcilicet cauſa excuſationis,
in aures, ſic de conſe. diſtin. v. c. fucare. vna pars, ſcilicet ꝙ por-
tant matronæ in ſummitate aurium, & hîc non dicitur ꝙ in
auribus ſit ſuperſtitio quoad mulieres, ſed quoad homines, ſe-
cundum Io. de. anſulæ, id eſt annuli facti de oſsibus ſtruthio-
num cauſa lucri debent magis lucrari qui tales portant. vnde
mercatores & becarij portant annulos vt plus lucrētur, quod
2 eſt ſtatuum. medius, hoc non officit, † quis verus amor ſpatio
terrarum non minuuntur, nec litoris aquę interiacentis. xxiiij.
q. j. c. quoniam vetus. ad finem. à fortibus. argu. ff. loca. l. item
3 quæritur § ſi fullo. Lau. † genethliaci, geneter idem eſt ꝙ mu-
lier, vnde Genecœon, locus vbi muliebria officia exercentur
Genece etiam dicitur generatio. Vnde Genethliaci dicun-
tur, qui generationes, & non natiuitates hominum per cur-
ſum ſtellarum inueſtigabant: vt. ĩ. e. q. iiij. c. j. mathematici, ma
theſis cum aſpiratione, producta penultima interpretatur na-
tiuitas, & ſine aſpiratione penultima correpta interpretatur
doctrina hîc autem pro natiuitate, non pro doctrina accipi-
tur. Ioſ. Et nota quòd libri matheſis concremantur, nec ve-
niunt in iudicium famil. erciſcundæ. ff. fami. erciſc. cætere § j.
Lau. Hoc autem ſecūda pars, non tacuit. Deut. xviij. imo eam
puniuit, ne credatis, ſub. nam tentat nos dominus noſter. ĩ. eo.
q. v. nec mirum, iuxta finem, Samuelis. j. Reg. xxviij. Actibus
apoſtolorum. xvj. capit. omnis igitur. verſic. nugatoriè. i. falſè.
¶ In prima glo. ibi pulchriori in fine. adde, id eſt, quaſi dignio-
ri, & honeſtate vocabuli, veletur turpitudo vocabuli rei. Ioſ.
¶ In gloſſa quæ habebat, adde, dic clarius legitur in Actibus
apoſtolorum, quòd cum Paulus prædicaret verbum Dei cum
quædam ancilla quæ &c. vt ſequitur. Et in fine adde, ſub, pro-
pter quod Apoſtolus procuſſus eſt à dominis ancillæ, qui ami
ſerunt lucrum, quòd recipiebant ex diuinationibus ancillæ
prædictæ. Io. de. Guy.

SVMMARIVM.

1 *Arte diuinatoria, an liceat vti.*

Qui ſine. Saluum. ſcilicet, de conſe. diſtinctio. j. omnis
Chriſtianus. arg. contra monachum patien-
tem in renibus volentem purgari per venam melius, inguina-
riam. nam venter & genitalia &c. ſupra. xliiij. diſtinctio § j.
Lauren. ſapientia Sap. vij. c. Proinde, ſecunda pars, inquiſitio,
non loquitur hîc de ſcientia, quæ eſt donum Dei, ſed de curio
ſitate quæ eſt prohibita. vt. xlix. diſtinctio. capi. j. Vnde Augu-
ſtinus, ſcrutator maieſtatis opprimitur à gloria Dei, ſecun-
dum Ioan. de. à diuinis, id eſt, à diuinatoribus, geſtiunt, id eſt,
cupiunt tanquam per originem dæmonis ad hoc de pœniten.
diſtinctione. ij. citius. ad finem. Itaque tertia pars infernorum
aliàs inferiorum, id eſt in globo lunari, vbi vident Magici in
parte Haruſpicia, infra eodem quæſtio. proxima. capi. j. verſi-
cu. Haruſpices, Augurationes. infrà eod. quæſtio. proxima. c.
j. verſicu. Augures, oracula. i. reſponſa, Necromantia quid ſit,
habes. ĩ. eodem. quæſtio. v. nec mirum. verſicu. Necromantici.
1 ¶ In prima glo. in fi. adde † ſed nūquid eſt licitum vti arte diui
natoria? Dic quòd ars diuinatoria omnino eſt illicita, & Chri
ſtiano fugienda hæc enim ars eſt per quam quidam nituntur
acquirere ſcientiam, ſed omnino inefficax eſt, & fiunt ibi qua-
dam pacta implicita cum dæmone ſecundum Thomam. Guy.

SVMMARIVM.

1 *Hyſtoria de Auguſtino.*
2 *Planetarij qualiter aliàs accipiantur.*

Illos. Non deſiſtebam, hoc intelligere non poteris niſi ad
ea quæ ſuperius in libro illo confeſsionum. Auguſti-
1 nus intexuerat, † animum reducas, dixerat paulò ſuperius, ſe
recolere quòd aliquando cum infidelis eſſet placuit ei inire
certamen deſertionis. tunc quidam Haruſpex mandauit ei,
quid vellet ei dare mercedis, ſi vt ipſe vincere faceret: qui re-
ſpondit ſe multum deteſtari & abhominari illa fœda ſacra-
menta, nec ſi corona illa quam ſuperato illo certamine, ſe ha-
biturum ſperabat eſſe immortalis, vel aurea futura, vel mu-
ſcam pro victoria necari non ſineret: necaturus enim erat ille,
in ſacrificijs ſuis animalia & illis honoribus inuitaturus ſuffra
gata dæmonia videbantur, ideoque illo repudiato, ait illos pla
netarios ſuper euentu huius certaminis conſulere non deſiſte-
bam ego Auguſti. quòd tamen &c. damnat, ideoq. q. d. in hoc
etiam, domine, confiteor me peccaſſe. Io. Et hîc ſic ponitur ca-
ſus. Sed Bar. Brix. dixit, quòd Auguſti. in hoc. c. quando ipſe
2 erat hæreticus, † ſæpe planetarios conſulebat, quos homines
vocant Mathematicos quod fieri quaſi ab eis nullum ſacrifi-
cium & nullę preces ad aliquem malignum ſpiritum dirige-
rentur ob diuinationem. Hoc tamen quod fiebat erat damna-
bile. Potes etiam dicere quòd, id eſt quia ſecundum Ber. Brix.
Sed Io. de. dicit. quòd verus caſus huius cap. eſt iſte dicit quòd
olim Auguſtinus ſequebatur planetarios: ſed hodie deteſta-
tur eos cum eccleſia catholica, quaſi nullum & eſt ratio quare
eos modò non ſequitur, ſcilicet quaſi &c. Gui.

SVMMARIVM.

1 *Is videtur delinquere, qui alijs præſtat exemplum peccandi.*
2 *Mater idololatriæ.*
3 *Quare dicatur ſecunda circuncisio.*

Sed &. Q. d. quòd dicit Apoſtolus non ſolum ad literam
poteſt intelligi, ſed & &c. Lau. corpus ſuum, ſcili
cet reddit ſe illicitum vxori. xxxvij. quæſtio. j. in coniugio, vel
in corpus ſuum, id eſt contra vxorem ſuam quę dicitur vnum
corpus cum eo. xxvij. quęſtio. j. nuptiarum & quæſtio. ij. aga-
thoſa. Lauren. peccat. j. ad Corinthios. vj. non io verſic. tem-
plum. xxxij. q. vij. non ſolum, omnium eccleſiarum. argu. quòd
eoipſo videtur quis delinquere in alios quos eis præſtat delin-
quendi exemplum. ij. q. j. ſi peccauerit. Laur. commaculauerit.
xlv. di. ſed illud. in fine, ſed nec etiam adoleſcens admittitur in
adulterij accuſatione niſi de ſuo matrimonio violato agat. ff.
de adult. ſi maritus § lex Iul. diffundatur. xlv. di. ſed illud. xxiiij.
q. iij. reſecandæ. de pœ. di. v. conſideret. xxxij. q. iiij. in eo, cōſtet
illud, ſecunda pars obprobrium ſcilicet quòd ſequitur obſerua
re auguria &c. Aegipti Ioſue: v. ſi neglexerit. i. per negligentiā
ad te reuerti permiſerit. & pro. i. conſuetudinis, Magicæ artis
muſtione. i. ardore & deſiderio ſuggeritur: vt ſcilicet ſicut ante
baptiſmum huius ſuperſtitiones exercebas. & ita modo facere
concupiſcas, ſi nunquam neglexerit tecum, ſine dubio obpro-
pria Aegipti. i. huius mundi, trahis tibi ad æternam damnatio
nem merito dixerim illud. ſ. obſeruare auguria &c. eſſe obpro-
1 brium Aegipti ad literā. nā ægiptus eſt mater Idololatrię. † ex
qua certū eſt hu⁹ obprobria pullulare. ſ. quę obprobria ſi trāſ
iordanē reperit propter longā, quā fecit interpretationē. Ioſ.
3 ¶ In prima glo ibi, quod factum, adde ſub. † & vocata eſt ſe-
cunda circuncaſio vſq; &c. non quòd aliquis circunciderertur,
ſed quia

Sed quia vſq; &c.ab Abraham à quo incepit circuncíſio,vſq; &c.vt ſuprà dicitur.Ioſ.de hac habetur.de conſe.diſtin. iij. ex quo Lau.Et in fine.adde ſub,& vocatum eſt nomen loci illius Gragula,aliàs Galgala.i.vſque in præſentem diem.Iſta autem ſecunda circuncíſio figuram tenet baptiſmi ſcdm.Io ergò ſi ad artes Aegyptorum occurrerent læſus eſt baptiſmus ſerui. Io. de.Hoc autem,hîc incipit tertia pars quæſtionis,in qua quæritur ſi poſſumus mãducare,vel bibere &c.Io.de.de area.i.frumento,torculari.i.vino auerſi.ver. Publicolam iſte fuit diſcipulus Augu.de hoc etiam habes. xxij. q.j. &. c. quanuis monet,Guy.

Si de area. quòd ſi.ver.vtitur.l.vti poteſt ad Corinth. viij.c.Guy.

SVMMARIVM.

1 Cauſſa idololatriæ.
2 Quid ſit ſors,& quid diuinatio.

Licet. per accidentiam.i.per triſtitiam oblationem,quę impropriè accidentia, ſiue triſtitia appellatur.
1 † Sed pro effectu cauſæ ponitur · ideoq; propter curioſitatem ſæpe ad idololatriam recurritur,ſicut fecit Saul. Ber. Hyſpa. dicit quod ſunt,ſiue dicuntur polluta per accidens, id eſt,non per cauſam,ſed per occaſionem.ĩ.ead.quæſtio.j.capitu.multi, ad finem.cap.ordi.cum ſimilibus.neſcit, aliàs ſecus . trigeſima ſecunda quæſtione quarta.ſicut vbi de hoc, & ibi dicam . immunis,ſub.ſi adhibuit operam quam debuit. Ioan.de. Guido.
2 † Quæritur hîc quid ſit ſors,& quid diuinatio Reſpondeo ſecundum Rayn.in ſumma.de ſortileg.§.j Sors eſt ars diuinandi diuinatio autem propriè in malo accipitur, prophetia verò in bonum. Vnde Hiero.ſuper illum locum micheę.iij iudices in muneribus iudicabant,ſacerdotes eius in mercede reſpondebant. Et prophetæ eius in pecunia diuinabãt &c.ita ait,nunquam diuinatio in bonã partẽ accipitur . videbantur ſibi quidam prophetæ Sed quia pecuniam accipiebant, prophetia eorum ficta eſt diuinatio.Et quæ credebatur eſſe prophetia declarata eſt non eſſe prophetia.i.q.j.nunquam,&.c. iudices. Et concordat his Hoſti.in ſumma de ſortileg.§.j. Alio modo dicitur ſors,vt dicis hic glo.Guliel.hæreditas vel portio hæreditaria,eo q; per ſortes ſolebant diſtiogui hæreditariæ, portiones ſecundum fratrem Io.in ſumma.confeſ.lib.j.ti.xj.quæſtio. prima. Et ſi vis videre latiùs quid ſit ſors , & quot ſunt ſpecies ſortis,& in quibus caſibus conceduntur aut prohibentur ſortes,& quæ ſit pœna ſortilegorum. Dic vt nota.per Hoſtiẽ in ſumma de ſortileg. §.j.& in tribus §.ſequentibus. De diuinationibus autem,& de ſpeciebus diuinationum dicam.ĩ.eo.cauſa. q.iij.c.igitur.

Tertia & quarta.q.cauſæ.xxiij. quæ ſimul ſunt hic tractatæ.

A Quibus autem. Hîc intitulatur tertia queſtio cauſæ. xxvj. In qua quæritur à quibus genus diuinationis ſumpſit exordium . & etiam incipit hîc quarta quæſtio,in qua quæritur quot ſunt genera diuinationum.& diuiditur tractatus iſtarum duarum quæſtionum in tres partes.In prima oſtendit magiſter quot ſunt genera diuinationum,& vnde vocabula originem habuerunt,& hoc probat per ſequens.c. Auguſtini.

SVMMARIVM.

1 De geometria, hydromantia, pyromantia, & aſtrologia.
2 Inferiora à ſuperioribus reguntur.
3 Auguriarium ſit licitum.
4 Python quid ſit.
5 Varietas fatorum diuerſitati horarum accommodatur.

Igitur genus. allatum id eſt inuentum , & per hoc ſoluitur tertia quæſtio Varro. ſecunda pars iſte fuit magnus tempore ſuo,de quo priſcianus dicit multa ſtrenua.quatuor.per hoc ſoluitur quarta quæſtio, terram
1 † iſta dicitur genmantia quæ fit in terra & dicitur à geos quod eſt terra & mantia, melius legitur manchos diuinatio. aquam,iſta dicitur hydromantia quę fit in aqua. & dicitur ab ydor quod eſt aqua.aerem iſta dicitur aeromantia,quę fit in ęre & ignem.iſta dicitur pyromantia quæ fit in igne à pyr. quod eſt ignis , & mantia vel manchos diuinatio de alijs ſpeciebus diuinationum habetur infra eadem quæſtione quinta.nec mirum,geogomantia verſiculo autumant id eſt affirmant.dioim tertia pars duo autem,quarta pars ſupra dixit quòd ſunt quatuor ſecundum numerum duo ſecundum formam Hieremię.furor.nam alij per doctrinam quandam hominum,quanuis ſuperſtitioſam ex quibuſdam ſignis futura conijciunt alij à dęmonibus à dęmonis arrepti,quàm furioſi vaticinia prædicũt Io.de clarius,furebant ſacerdotes templorum,quando dæmones vexabant eos,& in curſu diuinabant. de hoc etiam patet exemplum in primo libro ſtatij achileydos Ars vèro dicitur aſtrologia,ſcilicet per cõgregationẽ,& aggregationem & diſgreſſionem ſtellarum,& hoc ſepè fallit per climata terrę.de hoc habetur ſupra diſtinctione trigeſima ſeptima.§.ſed econtra.& alijs artibus in naturalibus.de quibus habes infra eadem quæſtione proxima nec mirum ſecundum Io. de. incantatores.quinta pars Harioli Haruſpices,verſiculo cuſtodiunt.ideo hîc,iſti reprehenduntur,quia non ponebant ſpẽ in deo principali.ſupra eadem quæſtione ſecunda.§.his ita.ad
2 finem tempora hę : videtur reprobari quod eſt naturale † dicas quòd corpora inferiora reguntur à ſuper cœleſtibus,diuina potentia ordinante.vnde,ſcire naturas non eſt reprobum, vides ergo quomodo ligna in defectu lunæ ſecta computreſcunt.iſti autem ideo reprehendunt. quia & cætera vt. ſupra proximè dixi ſecundum Ioannem.de ſict.exta.id eſt inteſtina.
3 augures.verſiculo iidem ſunt quinque voces his. videtur † q; diuinatio quę fit per auguria auium ſic illi de augurijs annum & ad huius obſeruationes exteriorum rerum,& verborum circa hoc dicas quòd cauſa comparationum brutorum , non eſt niſi inſtinctus naturę,quia non habent ſui actus dominium, & huius inſtructus licet aliquando procedat ex cauſa ſpirituali,ſcilicet vel ex deo.vt columba quę deſcendit ſuper Chriſtũ in baptiſmo, & in coruo qui pauit Heliam,& in piſce qui euomuit Ionam.ſecundum tamen quòd communiter,& naturaliter ſic procedit hoc,vel ex diſpoſitione aeris circundantis, vel huius,vel corporum cœleſtium & ideo nihil prohibet aliquas earum prohibitiones eſſe futurorum ſigna in quantum conformatur diſpoſitionibus corporum cœleſtium.& aeris continentis,ex qua proueniunt aliqui futuri euentus.in hoc tamen duo cõſiderari oportet. Primũ,vt huius opiniones non extendant,niſi ad precognoſcendũ futura,quę cauſant p mot⁹ corporũ cœleſtiũ,& nõ ad cõtingentiã liberi arbitrij.ſcdm vt nõ extendant,ad ea quę aliqualiter poſſunt ad hui⁹ animalia pertinere.Cõſequunt enim p cœleſtia corpora cognitionẽ quãdã naturalẽ,& inſtructũ ad ea,quę eorũ vitę ſunt neceſſaria.ſicut ſunt immutationes,q̃ fiũt p pluuias,& vẽtos,& huius ſi aũt huius diuinatio extẽdit vltra id,q; aliquid põt ptingere ſcdm naturę ordinẽ,vel diuinę puidẽtię eſt ſupſtitioſa.& illicita.ſimilis rõ videt de oĩbus alijs obſeruãtijs pter quã de homine,quia verba humana q̃ accipiunt p homine nõ ſubdunt diſpoſitioni ſtellarũ diſponunt tñ ſ.dm diuinã puidentiã vt recitatio ſomnij,quã audiuit Gedeõ.iudi.vij.& verba puellę,q̃ attẽdit eleazar ſeru⁹ Abrahę geñ.xxiiij ſatis ẽt qñq; fit hoc,ſcdm operationẽ demonũ & tũc eſt illicitum quod autẽ Ioſeph ait geñ.xliiij quòd non eſſet ei ſimilis in auguriandi ſcientia, intelligendũ eſt ſecundum Augu.q; hoc loco dixit referẽs fortè hoc,id id qđ vulg⁹ de eo opinabat.& ſic etiã diſpenſator ei⁹ locut⁹ eſt ſcdm Tho.duo aũt.ver.gña.i.modi pythõiſæ.ver.pythõis fuit

quidam ſerpens, qui tenebat duo iugera terræ ſub ſe, quem occidit Apollo, filius Iouis, & ideò vocat᷑ Python, vt in fi. primi libri Ouidij Methamorphoſeos. Python tamen vocatur quidam dæmonum. ī. ead. quæſt. ij. illud. quod, id eſt, quia. aſtrologi. verſic. in aſtris. Quid de imaginibus quas aſtronomicas vocāt fieri illicitum eſt, & ex ore dęmonum habent effectum, cuius ſignum eſt, quia neceſſe eſt inſcribi quoſdam characteres, qui naturaliter nihil operantur: vnde fiunt ibi tacita pacta, cum dęmonibus, in imaginibus necromanticis, fiunt expreſſe inuocationes dæmonum, ſecundum Tho. augurantur, futuras cognoſcunt per vias aſtrorum. Io. de. genethliaci, vt. ī. ead. q. ij. illud. ver. neq; ab hoc, primum autem. verſi. in euangelio. Mat. ij. poſteà. ver. Horoſcopi. ver. fato, quod hîc dicitur locum habet, vt varietas fatorum adaptetur diuerſitati horarum, ſecundum Vincen. & Ber. qui ita not. extra qui fi. ſunt le. c. ij. in glo. ſic ergo, ibi videas. ſortilegi. verſic. vt. ī. iſtud quod qīc deficit, eſt cap. Iſidori. ī. ead. q. j. cap. ſecundo. ſalitores, verſic. iſti dicti ſunt à ſalin. lis. ſed qui inſultu membrorum animalium retenter mortuorum aliquid coniecturantur, tales etiam ſales vocantur, id eſt, repræhenſores.

Tractatus diuinationum, & ſortium, ſeu ſortilegiorum.

SVMMARIVM.

1 *De ſpeciebus diuinationum.*
2 *An dæmones poſſint denunciare futura,*
3 *Diuinationis genera. & nu. 5.*
4 *De ſecundo diuinationis genere.*
6 *Vtrum diuinatio ſit peccatum.*
7 *Cauſſæ futurorum.*
8 *Diuini quare dicantur, & de eorum pœna: & quales obſeruatores tēporum condemnentur.*
9 *Diuinatio ſitne ſpecies ſuperſtitionis.*
10 *Diuinatio quæ fit inuocatis dæmonibus, ſitne illicita.*
11 *Diuinatio quæ fit per aſtra, an ſit illicita.*
12 *Diuinatio ſomniorum, ſitne illicita.*
13 *Diuinatio quæ fit per auguria, an ſit illicita.*
14 *Sortium diuinatio, an ſit illicita.*
15 *Quæ ſortium diuinatio de aqua feruente facta, ſit illicita.*
16 *Arte notoria, an liceat vti.*
17 *Modi qui fiunt ad corporum mutationem an ſint liciti.*
18 *Obſeruationes quæ ordinantur ad præcognoſcenda fortunia ſint ne illicitæ.*
19 *Diuinatio phantaſmatum, quæ aliâs imagines dicuntur aſtronomicæ, an ſit illicita.*
20 *In collo ſuſpendere diuina verba, an ſit licitum.*
21 *Quid de carminatoribus.*
22 *Portare reliquias ſanctorum, an ſit licitum.*
23 *An res perditas per aſtrolabium velle inuenire, ſit illicitum.*
24 *De ſacerdotibus an peccent, ſubtrahendo lumina, & alia huiuſmodi agendo.*
25 *De ijs quæ altare circumdant.*
26 *De ijs qui cantant miſſam mortuorum, pro viuis.*
27 *De mulieribus ſortilegis.*
28 *De ſanitate quam dicuntur præſtare augures, & ſortilegi.*
29 *De mortuo ſuum ſtatum reuelante.*
30 *De pœna ſortilegorum.*
31 *De ijs qui incurrunt irregularitatem.*

1 CIrca iſtum † Tractatum, primò quæritur quot ſunt ſpecies diuinationis Thomas ſecunda ſecundæ quæſtio. xcv. articulo tertio, dicit, ꝙ ſicut dictum eſt, omnis diuinatio vtitur ad præcognitionem futuri euentus aliquo dæmonum conſilio, & auxilio, quod quidem vel expreſſe imploratur, vel præter petitionem hominis ſe occultè dæmon ingerit ad prænuntiandum quædam futura, quæ hominibus ſunt ignota, eis autem cognita per modos, de quibus in primo dictum eſt. † Dæmones autem expreſſè inuocati ſolent futura prænunciare multipliciter. Quandoque
a quidem præſtigioſis quibuſdam apparitionibus ſe aſpectui, & auditui hominum ingerentes ad prænunciandum futura: Et hæc ſpecies vocatur præſtigium, ex eo quòd oculi hominum præſtringuntur. Quandoque autem per ſomnia, & hæc vocatur diuinatio ſomniorum. Quandoque verò per mortuorum aliquorum apparitionem, vel locutionem, & hæc ſpecies vocatur Necromantia, prout Iſido. dicit in lib. Ethico. necron Græcè mortuus, mantia diuinatio nuncupatur. quia quibuſdam præcantationibus adhibito ſanguine videntur reſuſcitati mortui, diuinare & ad interrogata reſpondere. Quandoque verò futura prænunciant per homines viuos. ſicut in arreptitijs patet, & hæc eſt diuinatio per Pythones & vt Iſido. dicit Pythones à Pythio Appolline ſunt dicti qui dicebatur eſſe author diuinandi. Quandoque verò futura prænunciant per aliquas figuras, vel ſigna, quæ in rebus inanimatis apparent: quæ quidem ſi appareant in aliquo corpore terreſtri, puta vngue vel ferro, aut lapide polito, vocatur Geomantia. Si autem in aqua, Hydromantia. Si autē in aëre, Aëromantia. Si autem in igne Pyromantia. Si autem in viſceribus animalium immolatorum in aris dæmonum, vocatur Haruſpicium. Diuinatio autem, quæ fit abſque expreſſa dæmonum inuocatione, in duo genera diuiditur. Quorum primum eſt, cum ad prænoſcendum futura aliquid conſideramus in diſpoſitionibus aliarum rerum, & ſiquidem aliquis conetur futura prænoſcere ex conſideratione ſicut, & motus ſyderum, hoc pertinet ad aſtrologos, qui & Genethliaci dicuntur, propter natalium conſiderationes dierum. Si verò per motus, vel voces aniui, ſeu quorumcunque animalium, ſiue per ſternutationes hominum, vel membrorum ſaltus, hęc pertinet generaliter ad augurium. quod dicitur à garritu auium, ſicut Haruſpicium ab inſpectione auium, quorum primum pertinet ad aures, ſecundum ad oculos, in auib᷑ enī huiuſmodi res præcipuè cōſiderari ſolent. Si verò huiuſmodi conſideratio fiat circa verba hominum, alia intentione dicta, quæ quis retorquet ad futurum quod vult prænoſcere, hoc vocatur omen. Et ſicut Valerius maximus dicit ominum obſeruatio aliquo contractu religioni annexa eſt, quoniam non fortuito motu, ſed diuina prouidentia conſtare creditur. quæ fecit vt Romanis delibrantibus, verum ad aliū locum migrarent, fortè eo tempore Centurio quidem exclamauit, ſignifer ſtatuę ſignum hic, optimè manebimus. quam vocem auditam pro omine enim acceperunt tranſcendi conſilium omittentes. Si autem conſiderantur aliquę diſpoſitiones figurarum, in aliquibus corporibus viſui occurrentes, erit alia diuinationis ſpecies: nam ex binamentis manus conſideratis diuinatio ſumpta, cheiromantia vocatur. q. diuinatio manus, cheiros enim gręcè dicitur manus. Diuinatio verò ex quibuſcam figuris in ſpatula alicuius animalis apparentis, ſpatulumā
4 tia vocatur. † Ad ſecundum autem diuinationis genus, quę eſt ſine expreſſa dęmonum inuocatione, pertinet diuinatio quæ fit ex conſideratione eorum, quæ eueniunt ex quibuſdam, quę ab hominibus ſeriò fiunt, ad aliquid occultum inquirendum, ſiue per protractionem punctorum, quod pertinet ad artem geomantiæ, ſiue per conſiderationem figurarum, quę proueniunt ex plumbo liquefacto in aquam proiecto, ſiue ex quibuſdam ſchedulis ſcriptis, vel non ſcriptis in occulto repoſitis dum conſideratur quiſquam accipiat, vel etiam ex feſtucis in ęqualibus propoſitis, quis maiorem vel minorem accipiat, vel etiam ex taxillorum proiectione quis plura puncta proijciat, vel etiam dum conſideratur, quic aperienti librum occurrat
5 quæ omnia ſortium nomen habent. † Sic igitur patet triplex eſſe diuinationis genus. Quorum primum eſt, per manifeſtam dæmonum inuocationem, quòd pertinet ad Necromāticos. Secundum autem eſt, per ſolam conſiderationem diſpoſitionis, vel motus alterius rei, quod pertinet ad augures. Tertium eſt, dum facimus aliquid, vt nobis manifeſtetur aliquod occultum

tum, quòd pertinet ad ſortes. Sub quolibet autem horum
multa cõtinentur, vt patet ex dictis Thomæ. Frater verò Io.
in ſumma confeſ. libro primo titulo. xj. q. ij. recitat effectualiter
dicta Thomæ, & poſteà ſubdit, quod multa de modis prædictis
diuinandi ponit Ray. in ſumma de ſortil. § ij. de quibus
etiam. ſ. e. q. c. ſciendum, & c. ſeq. & c. epiſcopi, & c. nec mirũ.
Quid autem ſit ſors, & quid diuinatio: ſcripſi. ſ. a. cauſa q. j. c.
6 ſors non eſt, in quæſtione. † Secundo quæritur vtrum diuinatio
ſit peccatum. Thomas vbi. ſ. articulo. j. dicit ſic, reſpõdeo
dicendum, qd in nomine diuinationis intelligitur quædã prænunciatio
futurorum. futura autem tripliciter prænoſci poſſunt,
vno quidem modo in cauſis ſuis, & alio modo in ſeipſis.
7 † Cauſæ autem futurorum tripliciter ſe habent. Quædã enim
producunt ex neceſſitate, & ſemper ſuos effectus & huiuſmodi
effectus futuri, per certitudinem prænoſci poſſunt, & pronunciari
ex conſideratione ſuarum cauſarum: ſicut aſtrologi
prænunciant etchlipſes futuras. Quædam verò cauſæ, producunt
ſuos effectus non ex neceſſitate & ſemper, ſed vt plurib⁹,
rarò tamen deficiunt, & per huiuſmodi cauſas poſſunt prænoſci
futuri effectus, non quidẽ per certitudinẽ: ſed per quandã
coniecturam, ſicut aſtrologi per cõſiderationẽ ſtellarũ, quædam
prænoſcere, & prænunciare poſſunt de pluuijs & ſiccitatibus,
& medici de ſanitate, vel morte. Quædã verò cauſæ ſunt
quæ ſe ſcdm ſe habent ad vtrũlibet, quod præcipuè videtur de
potentijs rationalibus, quæ ſe habent ad oppoſita ſcdm philoſo.
& tales effectus, vel etiam ſi qui effectus, vt in paucioribus
caſibus accidunt ex naturalibus cauſis, per conſideratiõnẽ cauſarum
prænoſci non poſſunt: quia eorũ cauſæ non habẽt inclinationem
determinatã ad huiuſmodi effectus, & ideò effect⁹
huiuſmodi prænoſci non poſſunt, niſi in ſeipſis conſiderentur
homines autẽ in ſeipſos huiuſmodi effectus cõſiderare poſſũt,
ſolum dum ſunt pñtes, ſicut cum homo videt fortem currere,
vel ambulare: ſed cõſiderare huiuſmodi in ſeipſis, antequã fiãt,
eſt Dei propriũ, qui ſolus in ſua æternitate videt ea, quæ futura
ſunt, quaſi præſentia, vt in primo habitum eſt. Vnde dicitur
Eſa xlj. annunciate, quæ futura ſunt in futurũ, & ſciemus quoniam
dij eſtis vos, ſi quis ergo huiuſmodi futura prænoſcere,
aut prænunciare quocũq; modo præſumpſerit, niſi Deo reuelãte,
manifeſtè ſibi vſurpat qd Dei eſt, & ex hoc aliqui diuini di-
8 cuntur. † Vñ dicit Iſido. in lib. ethimologiarũ diuini dicti quaſi
Deo pleni diuinitate enim ſe plenos ſimulant, & aſtutia quadam
fraudulẽtiæ hominibus futura cõiectant. Diuinatio ergo
nõ dicitur, ſi quis prænũciet ea quæ ex neceſſario eueniũt, velut
in pluribus quæ humana rõne prænoſci poſſunt: neq; etiã ſi
quis alia futura cõtingentia, Deo reuelante cognoſcat: tũc enĩ
nõ ipſe diuinat. i. qd diuinũ eſt facit, ſed magis qd diuinũ eſt ſuſcipit,
tunc aũt ſolũ dicit diuinare, qñ ſibi indebito modo vſurpat
prænunciationẽ futurorũ euentuũ, hoc aũt cõſtat eſſe peccatũ.
Vnde diuinatio ſemper eſt peccatũ, & propter hoc Hiero.
dicit ſuper Michęã, ꝙ diuinatio ſemper in malam partẽ accipit
ſcdm Tho. vbi ſupra. Raymondus verò in ſum. e. ti. § iij.
& frater Io. in ſum. cõfeſ. vbi. ſ. dicũt ſic, omnis diuinatio quocunq;
dictorũ modorũ, vel alio ſimili fiat, prohibita eſt, & maledicta
à Deo, & ſancta eccleſia, tanquã idololatria & infidelitas.
Tu enim futura, quæ ſoli⁹ dei ſunt, ꝑ tales ſuperſtitiões aliqui
inuenire laborãt, diuinitatis iura creaturis attribuũt: Eſa.
xlj. Priora, & nouiſſima annũciate mihi, & dicã ꝙ dij eſtis. Idẽ
Leuit. xix. nõ augurabimini nec ſeruabitis ſomnia. & in. e. c. xx.
anima quæ declinauerit ad magos, & hariolos, quæ fornicata
fuerit, cũ eis pœnam faciẽ meam cõtra eam, & interficiam illã
de medio populi mei. Item dicit apoſtolus Gal. iiij. qui talia obſeruantibus
ſcripſit, ſi obſeruetis mẽſes, tempora & annos, timeo
ne ſine cauſa laborauerim in vobis. Item dominus ait diſcipulis.
Actu. j. non eſt verum noſce tempora, vel momenta,
quæ pater poſuit in ſua poteſtate. Item Aug. hęc vanitas artiũ
magicarum, ex traditione angelorum malorum, in toto terrarum
orbe pluribus inualuit, & per inuentiones ipſarum, inuẽta
ſunt Haruſpicia, augurationes, & ipſa quæ dicuntur oracula
in Necromantia. xxvj. q. iij. qui ſine ſaluatore. Item Auguſt.
xxvij. q. ij. non obſeruetis dies quæ dicuntur egyptiaci, aut calendas
ianuarij, in quibus cantilenæ quidẽ, & commeſſationes
& ad inuicem dona donantur. quaſi in princip. anni boni fati
augurio, aut mẽſes alios, aut prima dies ne, & annos, aut lunæ,
ſoliſq; curſus. Et qui has aut quaſcunq; diuinationes, aut fata
ſiue auguria obſeruat, aut attendit, aut conſentit obſeruantibus,
aut talibus credit, aut ad domum eorum vadit, aut in ſua
domo introducit, & interrogat. Sciat ſe fidem chriſtianam, &
baptiſmum præuaricaſſe, & paganũ & apoſtatam. i. retro abeuntem,
& Dei inimicum, & iram Dei grauiter & in ęternum
incurre, niſi eccleſiaſtica pœnitẽtia emendatus Deo reconcilietur.
Dicit enim apoſtolus, ſiue manducetis, ſiue bibatis, ſiue aliquid
aliud faciatis in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti facite,
in quo viuim⁹, moriemur, & ſumus. Quid plura? hęc oĩa cõdemnat,
& abhorret ſancta eccleſia catholica, vt patet. xxvj. q.
ij. & q. v. per totam. & q. vij. nõ licet, & quatuor. c. ſequẽtibus.
extra. e. per totũ. De hac materia etiam ponit hic Ray. & gloſ.
verba Aug. in lib. de doctrina chriſtiana, & habẽtur. xxvij. q. ij.
illud, dicens adhoc genus ſuperſtitionis pertinẽt omnes ligaturæ,
& remedia, quæ medicorũ quoq; diſciplina cõdemnat, ſiue
in precationibus, ſiue in quibuſdam modis: quas characteres
vocant, ſiue in quibuſcunq; rebus ſuſpendendis, vel ligandis,
vel ſoluendis, ſicut ſunt in aures, in ſummo ſingularium auriũ
aut diſtructionũ oſſibus auſulæ i. anuli in digitis. Item ſingulãdo
dextera manu pollicem tenere. Item ſi membrũ aliquod ſalierit.
Item lunam calcare, cum ante domũ ſuam tranſit: redire
ad lectum, ſi ſternutauerit dum ſe calciat, redire ad domum
ſi procedens offendat. Item ſi ex conſtellatione, ſub qua naſcitur
puer accuſationes, vel accuſationũ euentus procedere credantur.
Non tamen vt dicit Ray. cõdemnantur hic ruſtici, qui
ſeruant tempora ad ſeminandum, vel arbores ad ſcindendum
& ſimilia quæ certã, & naturalem habent rationẽ, quare ita debet
fieri. Idem de phiſicis. circa medicinas dandas, & faciendas
immutatiões, & ſimilia de quibus certa. & manifeſta ratio red-
9 di poteſt ſcdm phiſicam, & ſciẽtiam naturalem. † Tertiò quæritur
vtrum diuinatio ſit ſpecies ſuperſtitionis. Dicit Tho. vbi
ſ. arti. ij. reſpõdeo dicẽdum vt. ſ. dictum eſt, ꝙ ſuperſtitioſum
importat indebitũ cultum diuinitatis. Ad cultũ autẽ Dei pertinet
aliquid dupliciter, vno modo cum aliquid Deo offertur
vel ſacrificiũ, vel oblatio, vel aliquid huiuſmodi: aliomodo, cũ
aliquid diuinum aſſumitur, ſicut dictum eſt. ſ. de iuramẽto, &
ideò ad ſuperſtitionẽ pertinet nõ ſolum cum ſacrificiũ dæmonibus
offert per idololatriã, ſed etiam cũ aliquis aſſumit auxilium
dæmonũ ad aliquid faciendũ, vel cognoſcendum. Omnis
autem diuinatio ex operatione dæmonũ prouenit, vel quia expreſſè
dæmones inuocant ad futura manifeſtãda, vel quia dæmones
ſe ingerũt vanis inquiſitionibus futurorũ, vt mẽtes hominum
implicent vanitate, de qua vanitate in pſal. dicitur, nõ
reſpexit in vanitates, & inſanias falſas. vana aũt inquiſitiu futurorũ
eſt, qñ aliquis futurũ prænoſcere tẽtat: vñ prænoſci nõ poteſt.
Vnde manifeſtũ eſt ꝙ diuinatio ſpecies ſuperſtitionis eſt:
10 Thomas. † Quartò quærit verũ diuinatio, quæ fit ꝑ inuocationem
dæmonum ſemper ſit illicita. Reſpondeo dicendũ, ſecundum
Tho. vbi. ſ. articulo quarto ꝙ omnis diuinatio, quæ fit ꝑ
inuocationes dæmonum eſt illicita duplici ratione, quarũ prima
ſumitur ex parte principij diuinatiõis, quod ſcilicet eſt pactum
expreſſè cum dæmone initum per ipſam dæmonis inuocationem,
& hoc eſt omnino illicitum. Vnde contra quoſdam
dicitur Eſa. xxviij. dixiſtis, percuſſimus fœdus cum morte, &
cum inferno fecimus pactum, & adhuc grauius eſſet ſi ſacrificium,
vel reuerentia dæmoni inuocato exhibentur. Secunda
ratio ſumitur ex parte futuri euentus, dæmon enim qui intendit
perditionem hominum, ex huiuſmodi ſuis reſponſis, etiã
ſi aliquãdo vera dicat, intẽdit homines aſſuefacere adhoc, ꝙ ei
credat, & ſic intẽdit perducere in aliquid ꝙ ſit ſaluti humanæ
contrariũ, aliàs nociuũ. Vñ Anaſtaſius dicit exponẽs, id qd habetur
Luc. iiij. increpauit illũ dicẽs, obmuteſce dicit, quamuis
vera fateret dæmon, cõpeſcebat tñ Chriſtus eius ſermonẽ ne
ſimul cũ veritate, etiã ſuam iniquitatẽ promulget, vt nos etiam

aſſuefaciat ne de talibus curem°, & ſi vera loqui videanẽ: nefas enim eſt, vt cũ adſit nobis diuina ſcriptura, à diabolo inſtruamur. Tho. Frater verò. Io. vbi. ſ. q. iiij. recitans dicta Thomæ, & cõcordans cum eo inducit illud. Deu. xviij. non inueniaẽ in te, qui hariolos ſciſcitetur, neq; pythones conſulat. Poſteà ſubdit, ꝙ Saul pithoniſſam conſuluit primo. Reg. xviij. vnde dixit Aug. ad ſimplitianũ, non eſt abſurdum credere, aliqua diſpenſatione permiſſum fuiſſe, vt nõ diuinante arte magica, vel potentia, ſed diſpẽſatiuè pithoniſſa occulta, quæ Saulem latebãt, oſtendit diuina eum ſentẽtia percuſſurus vel n̄ verè ſpiritus Samuel. à requie ſua eſt excitatus: ſed aliqđ phantaſma, & illuſio imaginaria diaboli machinationibus facta, quam ſcriptura Samuelem appellat, ſicut ſolẽt imagines rerum ſuarũ nominibus appellari hoc Tho. idem dicit Augu. xxvj. q. v. nec mirum.

11 † Quintò quæriẽ vtrum diuinatio quæ fit per aſtra ſit illicita. Reſpõdeo ſcdm Tho. vbi. ſ. articu. v. ꝙ ſicut dictum eſt diuinationi, quæ ex opinione falſa, vel vana procedit, ingerit ſe operatio dæmonis, vt hominũ animos implicet vanitati, aut falſitati, vana autẽ vel falſa opinione vtitur, ſi quis ex cõſideratiõe ſtellarum futura velit præcognoſcere, quæ p ea præcognoſci nõ poſſunt. Eſt igiẽ cõſiderandum quid per cœleſtiũ corporũ inſpectionem, de futuris poſſit prænoſci, & de his quidẽ, quæ ex neceſsitate eueniũẽ. manifeſtũ eſt, ꝙ per cõſideratione ſtellarum poſſunt prænoſci, ſicut aſtrologi prenũciant eclipſes futuras. Circa præcognitionẽ verò futurorũ euẽtuum ex cõſideratione ſtellarũ, diuerſi diuerſa dixerunt, fuerunt enim qui dicerent ꝙ ſtellæ ſignificant potius quã faciant ea, quæ ex eorũ conſideratione prænunciãẽ: ſed hoc irrationabiliter dicitur. Omne enim corporale ſignum, vel eſt effectus eius cuius eſt ſignum, ſicut fumus ſignificat ignem à quo cauſaẽ, vel procedit ab eadẽ cauſa, & ſic dum ſignificat cauſam, per cõſequens ſignificat effectum, ſicut iris quoq; ſignificat ſerenitatem in quantũ cauſa eius eſt cauſa ſerenitatis, non autem poteſt dici, ꝙ diſpoſitiones cœleſtium corporũ & motus ſint effectus futurorum euentuum: nec iterũ poſſunt reduci in aliquã ſuperiorem cauſam communem, quæ ſit corporalis poſſunt autem reduci in vnam cauſam cõmunem quæ eſt prouidentia diuina. Sed alia ratione diſponuntur à diuina prouidentia motus, & ſitus cœleſtium corporum, & alia ratione euẽtus cõtingentium futurorum: quia illa diſponunẽ ſecundum rationẽ neceſsitatis, vt ſemper eodem modo proueniant, hoc autẽ ſcdm rationem cõtingentiæ, vt variabiliter contingant. Vnde nõ poteſt eſſe, qđ ex inſpectione ſyderum accipiat præcognitio futurorũ, niſi ſicut ex cauſis prænoſcunẽ effectus. Duplices autem effect° ſubtrahũtur cauſalitati cœleſtium corporũ, primò quidẽ omnes effectus per accidens cõtingentes, ſiue in rebus humanis, ſiue in rebus naturalib°: quia vt probaẽ in. vj. meth. ens p accidens nõ habet cãm, & pręcipuè naturalẽ, cuius modi eſt virt° cœleſtium corporũ: quia p accidẽs fit, neq; eſt ens propriè, neq; vnũ ſicut ꝙ lapide cadẽte fiat terræ motus, vel ꝙ homine fodiente ſepulchrum inueniatur theſaurus, hoc enim, & huiuſmodi non ſunt vnum ſed ſimpliciter multa: operatio aũt naturæ ſemper terminaẽ ad aliquid vnũ. ſicut & procedit ab vno principio, ꝙ eſt forma rei naturalis. Secundò autẽ ſubtrahuntur cauſalitati cœleſtium corporũ actus liberi arbitrij, quod eſt facultas voluntatis, & rationis: intellectus enim, ſiue ratio non eſt corpus nec actus organi corporei, & per conſequens nec volũtas quę eſt in ratione, vt patet p philoſo. in tertio de anima. Nullũ aũt corpus põt imprimere in rem incorporeã. Vnde impoſſibile eſt quod corpora cœleſtia directè imprimant: intellectũ, & voluntatem: hoc enim eſſet ponere intellectũ, nõ differre à ſenſu, quia Ariſto. in lib. de anima imponit his, qui dicebant, quòd talis voluntas eſt in hominibus, qualem in die inducit pater virorum deorũq;. ſ. Sol. vel cœlum. Vnde corpora cœleſtia non poſſunt eſſe per ſe cauſa operum liberi arbitrij: poſſunt tamẽ adhoc diſpoſitiuè inclinare, in quantum imprimunt in corpus humanum, & per conſequens in vires ſenſitiuas, quæ ſunt actus corporalium organorum, quæ inclinant ad actus humanos. quia tamen vires ſenſitiuæ obediunt rationi: vt patet per Philoſo. in tertio de anima & in primo ethicorum. nulla neceſsitas ex hoc libro arbitrio imponitur, ſed contra inclinationẽ cœleſtium corporũ homo põt per rõnem operari, ſi quis ergo conſideratione aſtrorũ vtatũ ad præcognoſcendas futuras caſuales vel fortuitos euentus, aut etiam ad cognoſcẽdũ per certitudinem futura opera hominum, procedet hoc ex falſa & vana opinione, & ſic operatio dęmonis ſe immiſcet vn erit diuinatio ſuperſtitioſa & illicita. ſi verò aliquis vtatur cõſideratione aſtrorum ad præcognoſcendum futura quæ ex cœleſtibus cauſant corporibus, puta ſiccitates, & pluuias, & alia huiuſmodi, non erit illicita diuinatio, nec ſuperſtitioſa. & ſecundum hoc patet reſponſio ad primum dictum Thomæ. & in hoc concordat frater Ioannes vbi ſupra in quinta. q.

12 ¶ † SEXTO quæritur vtrum diuinatio quę fit per ſomnia ſit illicita. Tho. vbi. ſ. articulo vj. reſpondet ſic dicendum, qđ ſicut dictum eſt diuinatio, quæ nititur falſæ opinioni, eſt ſuperſtitioſa, & illicita. ideo conſiderari oportet quid ſit verum circa præcognitionem futurorum de ſomnijs: ſomnia autem ſunt futurorum euentuum quandoque quidẽ cauſa, puta cum mens alicuius ſollicita ex his quę videt in ſomnijs, inducitur ad aliquid faciendum, vel vitandum. quandoque verò ſomnia ſunt ſigna aliquorum futurorum euentuum, inquantum reducuntur in aliquã cauſam cõmunẽ, ſomnijs & futuris euentib°, ſcdm hoc plurimũ pręcognitionis futurorũ ex ſomnijs ſunt. & ergo conſiderandũ quę ſit cauſa ſomniorũ, & an poſsit eſſe cauſa futurorum euentuum, vel ea poſsit cognoſcere. ſciendum eſt ergo, quòd ſomniorum cauſa quandoque quidẽ eſt interius, qñque autẽ exteri°. interior autẽ ſomniorũ cauſa eſt duplex. vna quidẽ animalis, inquantũ. ſ. ea occurrũt hominis phãtaſię, in dormiendo, circa quę eius cogitatio, & affectio fuit inuiolata in vigilando, & talis cauſa ſomniorum non eſt cauſa futurorum euentuum. vnde huiuſmodi ſomnia, per accidens ſe habẽt ad futuros euẽtus, & ſi quãdoq; ſimul cõcurrant erit caſuale. quandoque verò cauſa intrinſeca ſomniorum eſt corporalis. nam in exteriori diſpoſitione corporis, formatur aliquis motus in phantaſia conueniẽs tali diſpoſitioni. ſicut homini, in quo abundant frigidi humores, occurrunt in ſomnijs quòd ſit in aqua, vel niue, & propter hoc medici dicunt eſſe intendendum ſomnijs ad cognoſcendum vlteriores diſpoſitione. cauſa autem ſomniorum exteriorum ſimiliter eſt duplex, ſcilicet corporalis, & ſpiritualis. corporalis quidem inquantum imaginatio dormientis immittatur vel ab aere continenti, vel ex impreſsione cœleſtis corporis, vt ſic dormienti aliquæ phantaſiæ appareant conformes cœleſtium diſpoſitioni: ſpiritualis autem cauſa eſt, quandoque quidem à deo, qui miniſterio angelorum aliqua hominibus reuelat in ſomnijs ſecundum illud numero. xij. ſi quis fuerit inter vos propheta dñi in viſione apparebo ei, vel per ſomniũ loquar ad illũ. qñq; verò operatione dęmonũ. aliquæ phantaſię dormientib° apparent. ex quib° qñq; aliqua futura reuelãt his q cũ eis habẽt pacta illicita. ſic ergo eſt dicendũ ꝙ ſi quis vtaẽ ſomnijs, ad præcognoſcẽda futura, ſcdm ꝙ ſomnia procedũ ex reuelatione diuina, vel ex cã naturali intrinſeca, ſiue extrinſeca, quãrũ ſe poteſt virt° talis cauſę extẽdere, nõ erit illicita diuinatio. ſi autẽ huiuſmodi diuinatio, cauſeẽ ex reuelatiõe demonũ. cũ quibus pacta habenẽ expſſa, qa ad hoc inuocanẽ, vel tacita, qa hmõi diuinatio extẽdiẽ, ad qđ nõ põt ſe extẽdere, erit diuinatio illicita, & ſuperſtitioſa. & in hoc concordat frater Io. vbi. ſ. in. vij. q.

13 ¶ † SEPTIMO quęriẽ vtrũ diuinatio quę fit p anguria, & oſa, & alias hmõi obſeruatiões exteriorũ rerũ ſit illicita? Tho. vbi. ſ. arti. vij. dicit ſic. Rñ. dicendũ ꝙ mot°, vel garrit° auiũ, vel quęcunq; diſpões hmõi, in reb° cõſideratę, manifeſtũ eſt, qđ nõ ſunt cã futurorũ euentuũ. vñ ex eis futura cognoſci nõ poſſunt, ſicut ex cauſis. relinquiẽ ergo, ꝙ ſi ex eis aliqua futura cognoſcanẽ, hoc erit inquantũ ſunt effect° aliquarũ cauſarũ, quæ etiam ſunt cauſantes, vel præcognoſcentes futurus euentus. cauſa autem operationum brutorum animalium eſt inſtinct° quidam verò mouentur in modum naturæ non enim habent dominium ſui actus. hic autem inſtinctus ex duplici cauſa po-

teſt

teſt procedere. Vno quidẽ modo ex cauſa corporali, cũ enim
animalia bruta nõ habeãt niſi animã ſenſitiuam, cuius omnes
potentiæ, ſunt actus corporaliũ organorum, ſubiacet eorũ ani
ma diſpoſitioni continentiũ corporum, & primordialiter cœ
leſtium, & ideò nihil prohibet aliquas eorum operationes eſſe
futurorum ſigna, inquãtum cõformantur diſpoſitionibus cor
porum cœleſtium & aeris cõtinẽtis, ex qua prouenıunt aliqui
futuri euentus. In hoc tamen duo cõſiderari oportet, primum
quidem vt huiuſmodi operationes nun extendanſ niſi ad præ-
cognoſcendum ea futura quæ cauſanſ per motus cœleſtiũ cor
porum, vt. ſ. dictum eſt. Secundò vt non extendãtur, niſi ad ea
quæ aliqualiter poſſunt ad huiuſmodi animalia pertinere: cõ-
ſequũtur enim per cœleſtia corpora cognitionẽ quandam na-
turalem, & inſtinctũ ad ea quæ eorum vitæ ſunt neceſſaria, ſi-
cut ſunt immutationes quæ fiunt per pluuias, & vẽtos & alia
huiuſmodi. Alio modo inſtinctus huiuſmodi cauſanſ ex cauſa
ſpirituali. ſ. vel ex Deo, vt patet in colũba ſuper Chriſtũ deſcẽ
dẽte, & in coruo q pauit Heliã, & in cete, qui ex ſoluit, & eiecit
Ionam, vel etiam ex dæmonibus qui vtunſ huiuſmodi opera-
tionibus brutorum animaliũ ad implicãdas animas vanis opi
nionibus, & eadẽ ratio videſ eſſe de omnibus alijs huiuſmodi,
pręterquam de ominibus: quia verba humana quæ accipiunſ
pro omine nõ ſubdunſ diſpoſitioni ſtellarum, diſponunſ tamẽ
ſcđm diuinã prouidẽtiam, & qñq, ſcđm dæmonum operatio-
nem. Sic igiſ dicendũ ꝙ omnis huiuſmodi diuinatio ſi extenda
tur vltra id ad qđ poteſt pertingere ſcđm ordinem naturæ, vel
diuinæ prouidentiæ, eſt ſuperſtitioſa, & illicita Thomas, & in
his concord. frater Io. vbi. ſ. q. vij. qui etiam dicit ꝙ cauſa ope-
rationũ brutorũ eſt inſtinctus naturæ: quia nõ habent dñium
ſui actus. Item ſubdit, ꝙ poteſt eſſe quòd verba humana quæ
non ſubdunſ diſpoſitioni ſtellarũ, diſponunſ tamen ſcđm di-
uinam prouidentiã, vt recitatio ſomnij quã audiuit Gedeon.
Iudic. vij. & verba puellæ quæ attendit Eleazar ſeruus Abrahę
Gene. xxiiij. fit etiã hoc qñq; ſcđm operationẽ dæmonũ, & tũc
eſt illicitum. Quod autẽ Ioſeph ait Gene. xliiij. ꝙ non eſſet ei ſi
milis in augurandi ſcientia, intelligendũ eſt ſcđm Augu. quod
hoc dixerit referens fortè ad illud quod vulgus de ipſo opina-
14 batur, & ſic etiam diſpenſator eius loquutus eſt. Octauo quæ-
ritur vtrum diuinatio ſortiũ ſit illicita. Thomas vbi. ſ. articu.
viij. dicit ſic reſpõdeo dicendũ ꝙ ſicut. ſ. dictum eſt, ſortes pro
priè dicunſ cum aliquid fit, vt eius euentu cõſiderato aliquid
occultum innoteſcat, & ſi quidẽ quæraſ iudicio ſortium, quid
cui ſit exhibendũ, ſiue illud ſit res poſſeſſa ſiue ſit honor, ſiue
dignitas, ſeu pœna aut actio aliqua vocatur ſors diuiſoria. Si
autem inquiratur quid agere oporteat vocaſ ſors cõſultoria: ſi
verò quæratur quid ſit futurum, vocaſ ſors diuinatoria. Actꝰ
autem hominũ qui requirunſ ad ſortes nõ ſubdunſ diſpoſitio-
ni ſtellarum, nec etiam euẽtus ipſorũ. Vnde ſi quis ea intentio-
ne ſortibus vtatur, quaſi huiuſmodi actus humani qui inquirũ
tur ad ſortes ſcđm diſpoſitionẽ ſtellarum ſortianſ effectum, va
na & falſa eſt opinio, & per cõſequens nõ carens dæmon. aliâs
ſuggeſtione ex quo talis diuinatio erit ſuperſtitioſa & illicita,
hac autem cauſa remota eſt neceſſe qđ ſortialiũ actuum expe-
ctetur euẽtus vel ex fortuna vel ex aliqua ſpirituali cauſa diri
gente, & ſi quidẽ ex fortuna, qđ locũ habere poteſt ſolũ in ſor
te diuiſoria, nũ videſ habere niſi fortè vitium vanitatis, ſicut
ſi aliqui nõ valentes aliquid cõcorditer diuidere velint ſortibꝰ
ad diuiſionem vti, quaſi fortunæ exponentes quiſquã partem
accipiat, ſi verò ex ſpirituali cauſa expecteſ ſortium iudiciũ,
qñq; quidem expectatur ex dæmonibus, ſicut legiſ Eze. xxj. qđ
rex Babilonis ſtetit in biuio in capite duarũ viarum cõmiſcẽs
ſagittas interrogauit idola, ex ea conſuluit, & tales ſortes ſunt
illicitę, & ſecundum canones prohibentur. Qñq; verò expecta
tur à Deo ſecundum illud Prouer. xvj. ſortes mittunſ in ſinu
ſi à domino temperãtur, & talis ſors ſecundum ſe nõ eſt malũ,
vt dicit Aug. Poteſt tamen in hoc quadruplex peccatum inci-
dere, primò quidẽ ſi abſq; vlla neceſsitate ad ſortes recurratur
hoc enim videtur ad Dei tentationem pertinere: vnde Am-
broſius dicit ſuper Lucam, qui ſorte eligitur humano iudicio
non compræhenditur. Secundò ſi quis etiã in neceſsitate abſq;
reuerentia ſortibus vtatur: vnde ſuper actus apoſtolorũ, dicit
Beda, ſi qui neceſſitate aliqua cõpulſi Deũ putãt ſortibus exẽ-
plo apoſtolorum eſſe cõſulendum, videãt hoc ipſos apoſtolos
non niſi collecto fratrum cœtu, & precibꝰ ad Deum fuſis egiſ
ſe. Tertiò ſi diuina oracula ad terrena negotia cõuertanſ: vnde
Aug. dicit ad inquiſitiones ianuarij his qui de paginis euange-
licis ſortes legunt, & ſi optandum ſit vt id potiùs faciant, quã
ad dæmonia cõſulenda concurrant, tamen iſta mihi diſplicet
conſuetudo ad negotia ſecularia, vt ad vitę huius vanitatẽ di-
uina oracula velle conuertere. Quartò ſi in electionibus eccle
ſiaſticis quę ex ſpiritus ſancti inſpiratione fieri debent, aliq ſor
tibus vtantur: vnde ſicut Beda dicit, ſuper actus Apoſtolorũ,
macinas ante Pentechoſtẽ ordinatus, ſorte quęraſ: quia. ſ. non-
dum erat plenitudo ſpiritus ſancti in eccleſia effuſa. Septẽ au-
tem diaconi poſteà non ſorte ſed electione diſcipulorum ſunt
ordinati: ſecus autem eſt in temporalibꝰ dignitatibus, quæ ad
terrena diſponenda ordinanſ, in quarum electione plerũq; ho
mines ſortibus vtunſ, ſicut & in temporalium rerũ diuiſione,
ſi verò neceſſitas immineat licitũ eſt cum debita reuerẽtia ſor
tibus diuinum iudicium implorare. Vnde Aug. dicit in epiſto
la ad Honoratũ, ſi inter Dei miniſtros ſit diſceptatio qui eorũ
perſecutionis tempore maneãt, ne fuga omnium & qui eorũ
fugiant ne morte omnium deſeraſ eccleſia: ſi hæc diſceptatio
alij non potuerit terminari, quãtum mihi videtur qui maneãt
& qui fugiant ſorte legendi ſunt. Et in primo de doctr. chriſtia
na dicit, ſi tibi abundaret aliquid, ꝙ oporteret dari ei, qui non
haberet nec duobus dari potuiſſet, ſi tñ occurrent duo, quorũ
neuter alium vel indigentia vel erga te neceſsitate aliqua ſupe
raret nihil iuſtius faceres, quã vt ſorte legeres cui dãdum eſſet
qđ dari vtriq; non poſſet. Thomas. In quibus concord. frater
Io. vbi. ſ. q. viij. & addit id qđ Inno. not. extra de ſortileg. c. ec-
cleſia. ſ. ꝙ pro dirimẽdis litibus ſortibꝰ vti liceret arg. ſ. e. cau-
ſa. q. j. c. ſors. & idem etiã not. in ſum. de ſortileg § iij. vnde ſecũ
dum eos circa temporalia ſortibus ſimplicibus vti licet vt pu-
ta cum paleis & huiuſmodi & abſq; ſuperſtitione quacunq;, &
15 in his etiam cõcordat Goff. ¶ Nono quæritur vtrum ſors, ſeu
diuinatio quæ fit per iudiciũ ferri cadentis, vel aquę bullientis
ſit licita. Tho. vbi. ſ. in pręd. articulo. viij. in ſolutione tertij ar
gumenti dicit ſic dicendum, ꝙ iudiciũ ferri cadentis, vel aquæ
feruentis ordinaſ quidem ad alicuius peccati occulti inquiſi-
tionem, aliâs propter aliquid qđ ab homine fit, & in hoc cõue
nit cum ſortibꝰ, in quãtum tamen expectaſ aliquis miraculo-
ſus effectus à Deo, excedit cõmunem ſortium rationẽ: vnde hu
iuſmodi iudicium illicitũ redditur, tum quia ordinaſ ad iudi-
candum oculta quę diuino iudicio reſeruãtur, tum etiam quia
huiuſmodi iudicium nũ eſt authoritate diuina ſancitũ: vnde
ij. q. v. in decreto Stephani Papę, diciſ ferri cadentis, vel aquæ
feruentis examinatione confeſsionẽ extorqueri à quolibet ſa-
cri nõ cenſent canones, & ꝙ ſanctorum patrũ documẽto ſan-
citum nõ eſt ſuperſtitioſa ad inuentione non eſt præſumendũ:
ſpontanea enim confeſsione vel teſtium approbatione publi-
cata delicta, habito præ oculis Dei timore conceſſa ſunt no-
ſtro regimini iudicatæ: oculta verò, & incognita illi ſunt relin
quenda qui ſolus nouit corda filiorum hominum, & eadẽ ra-
tio videtur eſſe de lege duellorum, niſi quòd plus accedit ad cõ
munem rationem ſortium in quantum nõ expectatur ibi effe-
ctus miraculoſus, niſi fortè quando pugiles ſunt valde impa-
res virtute, vel arte. Tho. In quo conſentit frater Ioan. vbi. ſ. in
nona quęſtione allegans, extra de purga. cano. c. vltimo. & di-
cens qđ cum hoc cõcordat glo. Guli. ſuper ſum. Ray. lib. ij. tit.
16 iij. de duello. q. v. in fine. Decimò quęritur vtrum ſit licitũ vti
arte notoria. Tho. Secunda ſecundę. q. xcvj articu. primo dicit
ſic, reſpondeo dicẽdum quod ars notoria & illicita eſt, & inef-
ficax. Illicita quidẽ eſt, quia vtitur quibuſdã ad ſciẽtiam acqui-
rendam, quę non habent ſecundum ſe virtutẽ cauſandi ſcien-
tiam, ſicut inſpectiõe quarundã figurarum, & prolatione quo
rundã ignotorũ verborũ, & alijs huiuſmodi, & ideò huiuſmo-
di ars non vtitur his vt cauſis, ſed vt ſignis: non autem vt ſignis

diuinitus inſtitutis,ſicut ſunt ſacramẽtalia ſigna: vnde relin-
quitur quòd ſint ſuperuacua ſigna, & per cõſequẽs pertinẽtia
ad pacta quædã ſignificationum cum dęmonib⁹ placita atque
fœderata,& ideò ars notoria pœnitus eſt repudiada & fugien
da chriſtiano:ſicut & aliæ artes nugatoriæ,vel noxiæ ſuperſti
tionis:vt dicit Aug.in ſecundo de doctrina chriſtiana. Eſt etiã
huiuſmodi ars inefficax ad acquirendã ſcientiam,cũ enim per
huiuſmodi artem nõ intendaẽ acquiſitio ſcientiæ per modum
huiuſmodi cõnaturalem.ſ.ad inueniẽdo vel addiſcendo, conſe
quens eſt ꝙ iſte effectus vel expecteẽ à Deo,vel à dęmonibus:
certum eſt autẽ aliquos à Deo ſapientiã,& ſciẽtiam per infu-
ſionem habuiſſe,ſicut de Salomone legiẽ.iij.Reg.iij.&.ij.Para
li.j.Dñs etiam diſcipulis ſuis dicit.Luc.xxj.ego dabo vobis os,
& ſapientiã cui nõ poterũt reſiſtere,& cõtradicere omnes ad-
uerſarij veſtri.Sed hoc donum nõ daẽ quibuſcunq;,aut cũ cer
ta obſeruatione,ſed ſcdm arbitrium ſpiritus ſancti ſcdm illud.
j ad Corin.xij.alij quidem daẽ per ſpiritũ ſermo ſapientiæ,alij
ſermo ſcientiæ ſcdm eundem ſpiritũ , & poſteà ſubdiẽ hæc oĩa
operatur vnus,atq; idem ſpiritus diuidens ſingulis prout vult
ad dæmones autẽ pertinet illuminare intellectũ,vt habitũ eſt
in prima huiuſmodi operis parte. Acquiſitio autẽ ſcientię , &
ſapientiæ fit per illũinationẽ intellectus: & ideò nullus vnquã
per dæmones ſcientiã acquiſiuit. Vnde Aug.dicit in.x.de ciui-
ta.Dei dicit Porphiriũ ſateri ꝙ chirurgicis theletis in opera-
tionibus dæmonũ animæ intellectuali nihil purgationis acci-
dit qđ eam facit idoneam ad vidẽdum Deum ſuũ,& perſpiciẽ
da ea quę vera ſunt. Qualia autẽ omnia ſcientiarum theoteca.
poſſent cum dæmones verbis hominib⁹ colloquentes homini
bus exprimere aliqua ſcientiarũ documenta: ſed hoc non quæ
17 ritur per artem notoriã. Tho.† Vndecimo quæritur vtrũ or-
dinationes quæ fiunt ad corporum immutationẽ,puta ad ſani
tatem vel ad aliquod huiuſmodi ſint licitæ,videẽ qđ ſic. Lici-
tum eſt enim vti naturalibus virtutib⁹ corporum ad proprios
effectus inducendos. Res autẽ naturales habent quaſdã virtu-
tes occultas quarũ ratio ab homine aſſignari non poteſt,ſicut
quòd adamas trahit ferrum & multa alia quę Aug.enumerat.
xxj.de ciui.Dei.ergo viderẽ quòd vti huiuſmodi rebus ad cor
pora immutanda nõ ſit illicitũ. Præterea ſicut corporalia na-
turalia ſubduntẽ corporibus cœleſtibus,ita etiã corpora artifi-
cialia,ſed corpora naturalia ſortiunẽ quaſdã virtutes ocultas,
ſpeciem cõſequentes ex impreſſione cœleſtiũ corporum: ergo
etiam corpora artificialia,puta imagines,ſortiuntur aliquam
virtutem occultam à corporib⁹ cœleſtibus ad aliquos effect⁹
cauſandos:ergo vti eis,& alijs huiuſmodi eſt illicitũ.Præterea
dæmones etiam multipliciter poſſunt corpora trãſmutare,vt
dicit Aug.iij.de ciuit.ſed eorum virtus à Deo eſt : ergo licet
vti eorum virtute ad aliquas huiuſmodi immutationes faciẽ-
das.Sed contra eſt qđ Aug.dicit in.ij.de doctri.chriſti.quòd ad
ſuperſtitionem pertinent volumina magicarũ artium,& liga-
turæ & remedia quę medicorum quoq; medicina cõdemnat,
ſiue in præcantationibus,ſiue in quibuſdam notis, quas chara
cteres vocant,ſiue in quibuſcunq; rebus ſuſpendendis atq; inſi
gnandis. Reſpondeo dicendo,qđ in his quæ fiunt ad aliquos ef
fectus corporales inducendos,conſiderandum eſt,vtrum natu
raliter videantur poſſe tales effectus cauſare,ſic enim non erit
illicitum:ſed cauſas naturales adhibere ad proprios effect⁹,dũ
aliter nõ videanẽ poſſe tales effectus cauſare,conſequẽs eſt qđ
non adhibeantur ad hos effectus cauſandos tanquã cauſæ , ſed
ſolum quaſi ſigna:& ſic pertinent ad pacta ſignificationum cũ
dæmonibus inita. Vnde Aug.dicit.xxj.de ci.Dei,illiciunẽ dæ-
mones per creaturas,quas nõ ipſi ſed Deus cõdidit delectabili
bus pro ſua diuerſitate diuerſis,nõ vt aĩalia cibis ſed vt ſpirit⁹
ſignis,quę cuiuſq; delectationi cõgruunt, per varia genera la-
pidum,herbarũ,lignorum,aĩalium,carminũ,&rituum. Ad pri
mum ergò dicẽdum qđ ſi ſimpliciter adhibeanẽ res naturales
ad aliquos effectus producendos,ad quos putanẽ naturalẽ habe
re virtutem nõ eſt ſuperſtitioſum,neq; illicitum.Si verò adiũ-
gantur vel characteres aliqui,vel aliqua nomina,vel aliæ quæ-
cunq; varię obſeruationes,quæ manifeſtũ eſt naturaliter effi-
caciam nõ habere,erit ſuperſtitioſum,& illicitum. Ad ſcdm di
cendum quod virtutes naturales corporum naturaliũ cõſequũ
tur eorum formas ſubſtantiales, quas ſortiunẽ ex impreſſionę
cœleſtium corporũ,& ideò ex eorundẽ impreſſione ſortiunẽ
quaſdã virtutes actiuas: ſed corporum artificialiũ formæ pro-
cedunt ex cõceptione artificis,& cum nihil aliud ſint quã cõ-
poſitio ordo,& figura,vt diciẽ in.j.phiſicorũ, nõ poſſunt habe
re naturalem virtutẽ ad agendũ,& inde eſt qđ ex impreſſione
cœleſtium corporũ nullã virtutem ſortiunẽ,in quãtum ſunt ar
tificialia,ſed ſolum ſcdm materiã naturalẽ. Falſum eſt ergo qđ
Porphirio videbaẽ vt Aug.x.de ci.dei.herbis,& lapidibus , &
animãtibus,& ſonis certis quibuſdã ac vocib⁹,& figurationib⁹
atq; figmentis quibuſdã etiã obſeruatis in cœli aerſione moti
bus ſyderũ,varijs effectibus exequẽdas quaſi effectus magica-
rum artiũ,ex virtute cœleſtiũ corporum prouenirent . Sed ſi-
cut Aug.ibidẽ ſubdit,totũ hoc,ad dęmones pertinet ludificato
res aĩarum ſibi ſubditarũ. Vñ etiã imagines quas aſtronomicas
vocant,ex operatione dæmonũ habent effectum , cuius ſignũ
eſt,qđ neceſſe eſt eis inſcribi quoſdã characteres , qui naturali-
ter ad nihil operanẽ:non enim eſt figura actiõis naturalis prin
cipium:ſed in hoc diſtant aſtronomicę imagines à necroman-
ticis,fiunt expreſſè inuocationes,& faſingia quædã,vnde perti
nent ad expreſſa pacta cum dæmonib⁹ inita.Sed in alijs imagi
nibus ſunt quædã tacita pacta,per quædam figurarũ, ſeu cha-
racterum ſigna. Ad tertiũ dicẽdum ꝙ ad dñm pertinẽt diuinæ
poteſtates,cui dæmones ſubſunt, vt eis vtatur Deus ad quod-
cunq; voluerit:ſi huiuſmodi poteſtas nõ eſt homini ſuper dæ-
mones cõmiſſa,vt eis licitè vti poſſit,ad quodcunq; voluerit.
ſed eſt ei contra dæmones indictũ bellum: vñ nullomodo licet
homini dęmonũ auxilio vti,per pacta tacita vel expreſſa. Tho
mas. Et in his concord.Ioã.in ſum.confeſ.vbi.ſ.q.xj. qui addit
quòd hoc apparet ſpecialiter cum exhibenẽ nomina aliena,vel
ignota,vel alię quęcunq; variæ obſeruatiões,& ideò talia ſem
per ſunt ſuperſtitioſa,& illicita. Subdit tñ quod vt dicit Ray.ſi
aliquis vel aliqua colligit herbã medicinalẽ,cum ſymbolo di-
uino,vel dñica oratione,vel ſcribit in ſchedula ſymbolum, vel
orationẽ dñicam,vt ponat ſuper aliquẽ infirmum, vt ſic ĩ iſtis
tantum Deus creator omniũ honoreẽ,non reprobaẽ, dummo
do nulla alia ſuperſtitioſa obſeruenẽ.vt.ĩ.e.cauſa.q.v nũ licet.
18 &.q.vj.non obſeruetis.† Duodecimò quæritur vtrum obſer-
uationes quę ordinanẽ ad prçcognoſcenda aliqua fortunia,vel
infortunia ſint licita. Et videẽ ꝙ nõ,inter alia enim infortunia
hominum ſunt infirmitates ſed infirmitates in hominib⁹ quę
dam ſigna pręcedunt quæ etiã à medicis obſeruanẽ,ergo obſer
uare huiuſmodi ſignificationes nõ videẽ eſſe illicitũ. Præterea
irrationabile eſt negare illud qđ quaſi cõmuniter omneis expe
riuntur quod aliqua tempora vel loca vel verba audita, vel oc
curſus hominum,ſeu aĩalium,aut diſtorti,aut inordinati act⁹,
aliquod præſagium habent boni,vel mali futuri: ergo obſerua
re iſta nõ videtur eſſe illicitum. Præterea actus hominũ & euẽ
tus ex diuina prouidentia diſponunẽ,ſcdm quædam ordinem
ad quem pertinere videtur,qđ præcedentia ſint ſubſequẽtium
ſigna. Vnde ea quę antiquis temporibus cõtigerunt,ſunt ſigna
eorum quæ in nobis complentur,vt patet per apoſtolum.j ad
Corinth.x. Obſeruare autem ordinem,ex diuina prouidentia
procedentem non eſt illicitum:ergo obſeruare huiuſmodi prę
ſagia non videtur eſſe illicitum. Sed contra eſt,quod Aug.di-
cit in ſecundo de doctri.chriſtia.quòd ad pacta cum dæmoni-
bus futiliũ inita pertinent anilia vel potius ineptiæ inaniorum
obſeruationum,puta ſi aliquod membrum ſalierit , ſi iunctim
ambulantibus anneis,lapis,aut canis, aut puer medius interue
nerit,lumen calcare,cum ante domum ſuam aliquis tranſit,re
dire ad lectum. Si quis dum ſe calciat ſubnutauerit : redire do-
mum,ſi procedens offenderit,cum eſtis à ſoricibus rodiẽ, plus
timere ſuperſtitionem mali futuri,quàm pręſens damnum tol
lere . Reſpondeo dicendum quod homines omnes huiuſmodi
obſeruationes attendunt,non vt quaſdã cauſas , ſed vt quædã
ſigna futurorum euentuum bonorum ,vel malorum,non autẽ
obſeruantur ſicut ſigna à Deo tradita cum nõ ſint introducta
ex autho

ex authoritate diuina,ſed magis ex vanitate homana cooperã
te dæmonũ malitia,qui nituñ animos hominũ huiuſmodi va
nitatibus implicare. Et ideò maniſeſtũ eſt, omnes huiuſmodi
obſeruãtias eſſe ſuperſtitioſas & illicitas, & videñ eſſe quædã
reliquiæ idololatriæ,ſcdm quam obſeruabanſ auguria,& qui-
dam dies ſiue faſti vel nefaſti ſanſti,vel infauſti,qd quodãmo-
do pertinet ad diuinationẽ quæ fit per aſtra,ſcdm quæ diuerſi-
ficantur dies,niſi qd huiuſmodi obſeruationes ſunt ratione,&
arte:vnde ſunt magis vanæ,& ſuperſtitioſæ. Ad primũ ergo di
cendum qd infirmitatũ cauſæ præcedunt in nobis, ex quibus
aliqua ſigna procedũt futurorũ morborum,quæ licitè à medi-
cis obſeruanſ. Vnde & ſi quis præſagiũ futurorum euentuum
cõſideret ex ſua cauſa,non erit illicitũ:ſicut ſi ſeruus timeat fla
gella vidẽs dñi iram,& ſimile etiã eſſe poſſet ſi quis timeret no
cumentum alicui puero ex oculo faſcinãte,de quo dictum eſt
in.j.lib.ſic autẽ nõ eſt in huiuſmodi obſeruationib⁹. Ad ſcdm,
dicendum qd hoc quod à principio in iſtis obſeruationib⁹ ali-
quid veri homines experti ſunt caſu accidit, ſed poſtmodũ cũ
homines incipiunt huiuſmodi obſeruãtijs ſuum animũ impli-
care,multa ſcdm homini obſeruationib⁹ hoies implicari toſi
tates fiant,& ſe ſe magis inſerant multiplicibus laqueis perni-
cioſi erroris:vt dicit Aug.in.ij.de doctri.chriſti. Ad tertium,
dicendũ quòd in his populis iudęorũ, ex quo Chriſtus erat na
ſciturus,nõ ſolum dicta ſed etiã facta fuerint prohibita vt Au
guſt.dicit cõtra Fauſtum,& ideò licitum eſt illa facta aſſume-
re ad noſtrã inſtructionem:ſicut ſignis diuinitus datis,nõ autẽ
omnia quæ aguñ per diuinam prouidentiam ſic ordinanſ, vt
19 ſint futurorũ ſigna:vnde ratio non ſequitur Tho. Decimoter
tiò quæritur quid de imaginibus quas faciunt aſtronomij. Re
ſpondeo ſcdm Tho.vt tetigi poſt eum.ſ.q.xj. qd tales imagi-
nes facere eſt illicitum:quia ex opere dæmonũ habent effectũ
cuius ſignum eſt,quia neceſſe eſt eis inſcribi quoſdã characte-
res,qui naturaliter nihil operanſ:vnde ſunt ibi tacita pacta cũ
dæmonibus. In imaginibus autẽ necromanticis,fiunt expreſſè
inuocationes dæmonũ,ſcdm fratrem Io.in ſum.confeſ.lib.j.ti.
20 xj.q.xij. Decimoquartò quæritur vtrum ſuſpẽdere diuina ver
ba minoris ſunt efficaciæ cum ſcribunſ,quàm cum proferũtur
ſed licet aliqua ſacra verba dicere ad aliquos effectus, puta ad
ſanandum infirmos,ſicut pater noſter,aue maria,vel qualiter-
cunq; nomen dñi inuocetur ſcdm illud Marci vlt. In nomine
meo dæmonia ejcient,linguis loquanſ nouis,ſerpentes tollãt,
ergo videſ qd licitum ſit aliqua ſacra ſcripta collo ſuſpendere
in remedium infirmitatis,vel cuiuſcunq; nocumenti. Prætereà
verba ſacra non minus operãtur in corporibus hominũ,quàm
in corporibus ſerpentũ,& aliorum aĩalium, ſed incantationes
quędam efficaciã habent ad reprimendũ ſerpentes,vel ad ſanã
dum quædã alia animalia. Vñ dicitur in pſal. ſicut aſpidis ſur-
dæ,& obturantes aures ſuas,quæ non exaudiet vocẽ incantan
tium,& venefici incantãtis ſapiẽter:ergo licet ſuſpẽdere ſacra
verba ad remediũ hominũ. Prętereà verbum Dei nõ eſt mino
ris ſanctitatis,quàm ſanctorum reliquię:vñ Aug.dicit qd non
minus eſt verbum Dei,quàm corpus Chriſti:ſed reliquias ſan
ctorum licet homini collo ſuſpẽdere,vel qualitercunq; porta-
re ad ſuã protectionem,ergo pari rõne licet homini verbo,vel
ſcripto,verba ſacræ ſcripturæ ad tutelã ſuam aſſumere. Sed cõ
tra eſt,qd dicit Chriſoſto.ſuper Mat. Quidam aliquã partem
euangelij ſcriptã circa collum portãt,ſed nonne quotidie euã-
gelium in eccleſia legitur,& audiſ ab omnibus? Cui ergo in au
ribus poſita euãgelia nihil proſunt,quomodo eum poſſunt cir
ca collum ſuſpẽſa ſaluare? deinde vbi eſt virtus euangelij? in fi-
guris literarũ? an in intellectu ſenſuum? ſi in figuris benè circa
collũ ſuſpendis,ſi in intellectu,ergo melius poſita in corde pro
ſunt,quàm circa collum ſuſpenſa. Reſpondeo dicendũ quod in
omnibus incãtationibus,vel ſcripturis ſuſpenſu duo cauenda
videntur. Primò quidem,quid ſit,qd profertur,vel ſcribitur,
quia ſi eſt aliquid ad inuocationes dæmonũ pertinens, manife
ſtè eſt ſuperſtitioſum,& illicitum:ſimiliter etiã videtur eſſe ca
uendum,ſi cõtineat ignota nomina ne ſub illis aliquid illicitũ
lateat:vnde Chriſoſto.dicit ſuper Mat.quod Phariſeorũ ma-
gnificantium fimbrias ſuas exemplo,nunc multi aliqua nomi
na hebraica angelorum cõfingunt,& ſcribunt,& allegant,quę
non intelligenda metuẽtib⁹ videntur. Eſt etiam cauendum ne
aliquid falſitatis contineat,quia ſic eius effectus non poſſit ex-
pectari à Deo,qui non eſt teſtis falſitatis. Idem ſecundo cauen
dum eſt,ne cum verbis ſacris cõtineantur ibi aliqua vana,puta
aliqui characteres inſcripti præter ſignum crucis,aut ſi ſpes ha
beatur in modo ſcribendi,aut ligandi,aut in quacunq; huiuſ-
modi vanitate,quæ ad diuinã reuerẽtiam non pertineat: quia
hoc iudicaretur ſuperſtitioſum,aliâs autẽ eſt licitum. Vnde in
decretis diciſ.xxvj.q.vj.c.non liceat chriſtianis &c.nec in col-
lectionib⁹ herbarũ quæ medicinales ſunt aliquas obſeruatiões
vel incãtationes liceat attẽdere,niſi tñ cũ ſymbolo diuino,aut
oratione dñica,vt tantũ creator omniũ,& Deus honoreſ. Ad
primum ergo dicẽdum quod etiã proferre dñica verba, aut in
uocare diuinũ nomen,ſi reſpectus habeaſ ad ſolam Dei reuerẽ
tiam à qua expectatur effectus licitum erit:ſi verò habeaſ re-
ſpectus ad aliquid aliud vanè obſeruatum,erit illicitũ. Ad ſecũ
dum dicendum quòd etiam in incantationibus ſerpẽtum, vel
quorumcunq; animaliũ,ſi reſpectus habeaſ ſolum ad verba ſa-
cra,& ad virtutem dñicam,non erit illicitum, ſed plerunq; ta-
les pręcantationes habent illicitas obſeruantias in ſerpẽtibus
quia ſerpens fuit primum dæmonis inſtrumentũ ad hominem
decipiendũ:vnde dicit ibidem glo. notãdum, quia nõ laudatur
à ſcriptura vndecunq; datur in ſcriptura ſimilitudo, vt patet
de iniquo iudice qui rogantem viduã vix audiunt. Ad tertium
dicendum,ꝙ eadem etiã ratio eſt de portatione reliquiarum:
quia ſi portentur ex fiducia Dei,& ſanctorum quorũ ſunt reli
quiæ,nõ erit illicitum,ſi autẽ circa hoc attẽdereſ aliquid aliud
vanum,puta quod vas eſſet triangulare,vel aliquid aliud huiuſ
modi qd non pertineret ad reuerentiã Dei, & ſanctorũ, eſſet
ſuperſtitioſum & illicitũ. Ad quartum, dicendum qd Chriſo.
loquitur qñ reſpectus habetur magis ad figuras ſcriptas,quàm
ad intellectum verborũ. Tho. Vnde.j.e.cauſa.q.v.nõ licet chri
ſtianis dicitur,nec in collectionibus herbarũ,quæ ſunt medici
nales,aliquas obſeruationes, aut incantationes attendere, niſi
tãtũ cum ſimbolo diuino,aut oratione dominica,vt inde crea-
tor enim Deus honoretur. Secundum glo. Guliel.hic, non vi-
dentur reprobata breuia,in quibus ſcribunſ verba euangelica
ſolum:ſed ſuperſtitioſum eſt ſi credatur qd minus habeant effi
caciæ ſi ſcribantur alio tempore,quàm quando legitur euãge-
lium. Item dicit quòd illa breuia,in quibus ſcribuntur quidam
characteres,& nomina inuſitata quaſi nomina Dei ineffabilia.
Et in quibus dicitur,quicunq; portauerit ſuper ſe iſtud breue
non periclitabitur,ſic vel ſic,aut illud,vel iſtud bonum cõtin-
get ei,proculdubio reprobanda ſunt,nec portanda & peccant
qui ſcribũt ea,aut vendunt,aut portãda docent,niſi à Deo ſue
rint ſimplices,quod ignorantia illos debeat excuſare,quos non
excuſat ſi ſuper hoc fuerint admoniti,vel inſtructi ſecundum
21 fratrem Io.in ſum.confeſ.vbi.ſ.q.xiij.† Decimoquintò quęri
tur quid de carminibus & carminatoribus qui carminant infir
mos,vel latrones,aut animalia, Reſpondeo ſecundum gloſſam
Guliel.ibidem. ſi nihil ſuperſtitioſum dicunt,aut docent, aut
faciunt:ſed tantum vtuntur licitis precibus, & adiurationib⁹,
ſicut per paſſionem,crucem,& ſimilia,nõ credo ꝙ peccẽt mor
taliter,niſi talia fecerint poſt prohibitionẽ ab eccleſia ſibi fa-
ctam,ſed credo ꝙ prohibendi ſunt viri,& mulieres à talib⁹: qa
multa inutilia,& ſuperſtitioſa ſolent immiſceri,niſi fortè ſit ſa
cerdos,vel religioſus,aut laicus diſcretus,ſiue vir, ſiue mulier
excellentis vitę,& probatæ diſcretiõis,qui fuſa oratione ſuper
infirmum,non ſuper pomum,aut pirũ,vel ſuper cingulum,aut
ſimilia,ſuper infirmantes manus imponant iuxta illud. Marc.
vlti. ſuper ęgros manus imponent,& bene habebunt. Nec ſunt
hmõi perſonæ prohibendæ à talibus,niſi fortè timeaſ, quòd
ad exemplum illorum,indiſcreti & ſuperſtitioſi,carminatiõis
ſibi vſurpent abuſum,tuentes ſe exemplo aliorum: ſatis vide-
tur concordare. Tho.arti.iiij.vide etiam de hoc.ſ.eod.ti.q.xj.
vtrum obſeruationes. Decimoſextò quæritur,quid de incanta
tionibus ſerpentum & etiam aliorum animalium? Reſponſio

ſecundum Tho. ibidem dicendum, quòd in incãtationibus ſer
pẽtum, vel quorunc̃uq; animalium, ſi reſpectus habeatur ſolũ
ad verba ſacra, & ad virtutẽ diuinam, nõ erit illicitum: ſed ple
runq; tales incantationes, & illicitæ obſeruantiæ per dæmones
ſortiuntur effectum, & præcipuè in ſerpentibus: quia ſerpens,
fuit primum dæmonis inſtrumentũ ad hominẽ decipiendum.
Vnde dicit gloſſ. ſuper illo verbo. pſal. ſicut aſpidis ſurdæ &c.
Not. ꝙ non laudatur vbiq; in ſcriptura ſimilitudo, vt patet de
22 iniquo iudice, qui rogãtem exaudiuit viduam. † Decimoſepti
mò quęrit quid de his qui portãt reliquias ſanctorũ ad collũ.
Reſpondeo ſcd͞m Tho. ibidem articu. iij. dicendum quod eadẽ
eſt ratio, ſicut de verbis inſcriptis: quia ſi portentur ex fiducia
Dei, & ſanctorũ quorũ ſunt reliquiæ, non erit illicitum. Si aũt
circa hoc attendaſ aliquid aliud vanum, puta qđ nõ prodeſſet,
niſi vas eſſet trangulare, aut aliquid aliud non pertinens ad re-
uerentiam Dei, & ſanctorũ honorẽ eſſet ſuperſtitioſum eſt illi
23 citum † Decimooctauò quæritur quid de his qui res perditas
inueſtigant per inſpectionẽ aſtrolabij, aut inſcriptiones, vel ſi-
milia. Reſpondeo ſecundum Ray §. v. quid de ſacerdotibus. di-
cẽdum quod ſi non fiat ibi inuocatio dæmonum, nec aliud ſu-
perſtitioſum adiungaſ admitti poteſt, tamen glo. ibidem dicit
quod nunquã eſt licitum, idem dicit Hoſt. §. iij. in quo, nec fur-
ta in tabulis ſeu codicibus requirenda ſunt, extra. c. ex tuarum.
24 & idem dicit. ver. ſed nunquid. † Decimononò quæritur quid
de ſacerdotibus qui cauſa doloris altare veſtib⁹ ſacris exuunt,
aut qualibet alia lugubri veſte operiunſ, aut conſueta lumina-
ria ſubtrahunt, aut extingunt? Reſpondeo ſcd͞m Ray §. vj. item
quid de ſacerdotibus, adhoc dico, ꝙ ſi aliquod prædictorũ fiat
propter odium priuatum, grauiſsimè peccat qui facit, & niſi le
gitima pœnitentia ſe purgauerit debet deponi, ſi autem hoc
facit propter cauſam, puta quia metuit contaminationẽ ſacro
rum ordinũ, & ſubuerſionem fidei, vel hoſtilitatẽ ſuffert, vel
obſidionem, vel diuinorũ iudiciorum ſententiã instuit, non
videtur peccare, quia in tali facto plus homilitas quàm Deus,
plus latria quàm interni liuoris doloſitas declaratur. Hæc oĩa
habes. xxvj. q. v. quicunq;. addit Ray. hoc etiam tenet conſue-
tudo eccleſiaſticę: vnde ſolet cantare, Deus venerunt gentes,
25 & in ſignum triſtitię die veneris ſancta altaria ſpoliare. † Vige
ſimò quæritur quid de his qui altare, aut crucifixum ſpinis cir
cundant. Reſpondeo ſecundũ Ray. ibidem, qui de his ponit eã
dem diſtinctionem, quàm in præcedenti quæſtione. Sed Greg.
Deliras.delirare eſt deſipere,apud ſe non eſſe,loqui aliena.Papi. veritas.i.ſubſtantia.nuptiæ.i.nuptijs coniuncti.ſed alia.ver.ſ.tria bona coniugij.Hug.diſcernũtur.diſcernere eſt in duas partes diuidere, diiudicare.Pap.ſicut.verſic cura.i.intentio.not.quòd ipſa proles non eſt bonum coniugij,ſed cura & intẽtio procreandi filios. ordinatè.i.ordinato more,non promiſcuo.xxvij.q.j.nuptiarũ. Hug.mali.id eſt quia vitatur incontinentia Ioan. de ſic. &.H. de ſacramento tangit,quãuis obſcure.B.Guid.

Tertia pars.j.q.cauſæ.xxxij.

EContra verò. Ambroſius.Hic incipit tertia pars primæ quæſtionis cauſæ.xxxij.in qua magiſter laudat & præfert virginitatem matrimonio: non tamen per hoc improbantur nuptiæ,& ita intelliguntur capitula ſequentia.Io.de ſic̃t.

Nuptiæ. Subſtraxit,poteſt dici ꝙ opus ſecundę diei,& opus tertij diei,quaſi ſuit vnum opus continuũ,vnde non commendatur niſi in tertia die,quaſi poſt ſuã conſummationem.H.duplicem.i.binariam.nuptiarum ſecundarum.ſecundum H.vnde.ver.nec.Geñ.ij.&.vij.&.xvj.mundus.i.terſus abſq; ſorde.Inn.Papi.quanquàm.ver.ſacramentũ.i.alia ſignificatio.hoc.ſ.quod &c.H.ſeptena.i.imperia. In glo.non ideò.ibi,in fine.adde.i.in eo loco,vbi ſunt angeli.Et in ſi.adde,vt.xxxj.q.j.quòd ſi.verum hic.ſimile.ĩ.xxxj.q.j §.verum quia videbatur reprobare nuptias,non ſolum primas:ſed etiã ſecundas oſtendit quo caſu ſint intelligẽdæ.ſ.de conſilio.B.G.

Quarta pars.j.q.cauſæ.xxxij.

CVm ergo. In meretrice. Hic incipit.iiij. pars primę quæſtionis cauſæ.xxxij.in qua ſoluit magiſter,& dixit, ꝙ ſi meretrix deſinat meretricari põt dici vxor: aliàs non.Ioſ.ſed obijcitur.ſecũda pars. Raab.Ioſue vj.Iericonañ.i.de Iericonata.H.principi.ſ.Salomoni.dignatus eſt.Eſai.lvj.di.dominus Oleę.ver.j.c.dominum.videas quod dixi.v.diſt.§.naturale.in glo.ſed videtur &c.copulauit.Oſeę.j.ſed aliud tertia pars.Gui.

SVMMARIVM.

1 *Fornicatio quid ſit,& de eius ethymologia.*

Non eſt culpandus. Culpare eſt in culpã ducere,increpare Papi. ad pudicitiam.hoc eſt mentis,non enim.ver.ex.quo.ver.fornicariam,

1 † fornicatio dicitur à fornicibus.i.arenatis locis, etiam quibus meretrices proſtituebantur,aut amor à legitimo connubio ſolutus explendæ libidinis conſequendo licentiam.Scripturæ autem ſolent fornicationem vocare omnem illicitam corruptionem:ſicut eſt idololatria, & auaritia ex quibus fit tranſgreſſio legis,propter illicitam concupiſcentiam:ſicut eſt illud perdes omnes,qui fornicantur abſq; ſecundum Papi. ad huius.ĩ.xxviij.q.j.idololatria.Gui.

Quæſtio ſecunda cauſæ.xxxij.

QVod autem. Nõ ſit.Hic intitulatur ſecunda quæſtio cauſæ xxxij.In qua quæritur,an ea quæ in vxorẽ cauſa incontinentię ducif ſit coniunx appellanda. Quę diuiditur in.vij.partes.in prima parte,videtur probare magiſter ſuperficialiter,ꝙ cauſa incontinentiæ ducta non eſt vxor.quia filios procreare, honor eſt mulieris. Io.de.In gl.ſummæ,ibi,redegit,ad de hac materia ſatis not.ĩ. proxima cauſa.q.j.c.Deus.

Sicut non omnes. Secundum præcepta i.ſcdm primam inſtitutionem matrimonij,vel cum aliquod impedimentum interuenit,Hu.In j.gl.ibi,omnis non.adde,vel coniunge negatiuam,non,cũ verbo,poteſt,& tunc bona eſt litera ſecundum Hug.

Secunda pars.ij.q.cauſæ.xxxij.

SVMMARIVM.

1 *Vno deficiente è tribus bonis an diſſoluatur matrimonium.*

2 *Sacramentum quid ſit.*

HIs ita. Reſpondef.Hic incipit ſecunda pars ſecundę q.cauſę.xxxij.in qua dicitur ꝙ matrimonium bis fuit inſtitutum.ſiue permiſſum primo in paradiſo propter ſobolem tãtum.ſecundo extra paradiſum propter ſobolẽ, & propter infirmitatem vitandam:quia bonum matrimonij tripartitum eſt.ſ.fides,proles,ſacramentum Io.de.in paradiſo.gen.ij.&.viij.c.facti.ver.elimandum.i.coercendum.infirmitas j.ad Corint.vj.prona.xx.q.iij.procliuus.exciperetur.i.excluderetur à fornicatione.B.vnde.ver.Corinthios.j.ad Corint.vij.c.ex hac.ver.vnde.ver.& iterum ver.qui autem.ver.quid eũ.ſecunda pars verba ſunt Augu.introducta à magiſtro.H. tripartitum.xxvij.q.ij.omnes.vbi de hoc extra qui ſi.ſint legi.per

1 venerabilem.ver.præterea.vbi de hoc † ſed nunquid hęc tria bona adeò ſint neceſſaria,ꝙ ſi aliquod iſtorum defuerit non teneat matrimonium? dicas quòd ſi tempore contractus intẽdãt hoc ſeruare,tenet matrimonium,licet poſteà mutauerint. voluntatem:idem dicit Rai.& ſi nihil cogitẽt de his bonis.ſufficit enim ꝙ non apponant conditionem,vel pactum,quòd cõtra faciant.ar.extra de condi.app.c.vltimo.hoc verum eſt in iudicio eccleſiæ,quę non iudicat de cogitatu,vel intentione, nec iudicare põt:ſed in iudicio animę,& in veritate non videtur contrahi matrimonium,niſi ſaltem de tertio bono.ſ.ſacramento cogitent:quia ſi non cogitent,ergo non cõſentiunt in

2 in vitam indiuiduam ducendã. † Eſt enim ſacramentum ipſa inſeparabilis animorum coniunctio,ſine qua non eſſet matrimonium:quáuis ergo non ſit verum matrimonium,erit tamẽ præſumptum:quod vero matrimonio æquiparatur quãtum ad eccleſiam.extra de ſpon.is qui.ſecundum Hoſt.qui ita not.in.d.c.per venerabilẽ.ver.præterea.& hoc etiam no.xxvij.q.j.nuptiarum.in princ.in gl.vnde &c.ibi vide,fides.ĩ.ea.q.j.non enim.In.j gl.ibi dignum.in ſi.adde dic vt not.ĩ.c.proxi.Guid.

Quicquid. Iam in ipſa ſecunda pars præcepit.j.ad Corinth.vij.concedit.ſ.eo modo quo ſequitur.ſ.vt &c.H.neq; iſtud.i.coitus incontinentiæ,vel fortè libidinis ſaturandæ.B.admittatur.i.nuptię nõ ſunt cauſa efficiens immoderatæ exactionis.ignoſcitur.i.pro bono nuptiarum,illud,ad vitam æternam non imputatur. debent. tertia pars prima.i.præcipua,& maxima:quare matrimonium contrahatur.ĩ.e.c.j.xxvij.q.j.nuptiarum.Gui.

Tertia pars.ij.q.cauſæ.xxxij.

SVMMARIVM.

1 *Spiritus ſanctus datur duobus modis.*

NOn autem datur. Hic incipit tertia pars ſecundæ quæſtionis cauſæ. xxxij. in qua dicitur, quòd virtus ſpiritusſancti non eſt ibi, quando actus coniugalis agitur.vnde ſciendum quòd

1 duobus modis datur † ſpiritus ſanctus,vno modo,ad bene viuendum,& hoc modo non recedit à coniugali actu: quia eſt meritorius.ĩ.xxxiij.q.j.c.j.Alio modo ad virtutes faciendas, & tunc recedit,vt habes de pœ.di.ij.c.iij.iiij.&.v.Io.de ſic̃t.

Connubia. In.j gl.ibi ſine peccato.adde, ſed contra xxvij.q.ij.omne.ſicut ergo.concludit ex eo qđ dicitur.ĩ.c.quicquid & dic talis qui ſit cauſa incontinẽtiæ.H.licitus.non prohibitus.Hu.quæritur.in themate. item. ver.concubinæ.ver,aliàs eſt,c.concubinatum:quia fornicarię cognoſcuntur,& ſic non obſtat.xxxiiij.di.quiſquis.&.c.Chriſtiano.ſecundum.H.Gui.

Quarta pars.ij.q.cauſæ.xxxij.

SIc econtrario. Hic incipit.iiij.pars ſecũdę.q.cauſę.xxxij.in qua quæritur an ſit vxor,quę ducitur ad tempus,vel ſub conditione,vt prolem vitet.& dicitur quod non Io.de ſic̃t.& hoc infert magiſter ex authoritate Auguſtini.

SVMMARIVM.

1 *Impoſsibile multis modis dicitur.*
2 *Matrimonium ſub conditione inhoneſta factum an valeat.*
3 *Habere proprium an ſit contra ſubſtantiam monachatus.*
4 *Conditio quot modis accipiatur, & alia pleraq; de illis.*
5 *De demonſtratione cauſa, & modo.*

Solet quæri. Incontioentiæ.i. propter incontinentiam. & poteſt.ver.connubium.ſic appellatur propter defectum ſolennitatis.xxxiiij.di.ſi quis.&.c. Chriſtiano.ſecundum.ſecundum.H.malo.aliâs modo.cæterû.ver.& enim.ver.animo ipſo.& quia talem animum gerit.H.adulter eſt.i.fornicator.ſpecies ponitur pro genere.xxx.qõ.j.ſi quis.ſed ſæpe qnlibet coitus illicitus dicitur adulterium,vt.j.e.q.iiij.nemo.&.c.meretrices.H Io gl.j.voluit.ibi, impoſsibi-
1 lis,adde extra de condi.appoſi.c.vlti.† & intellige impoſsibilis de iure,vel ſecundum naturam.ff.de condi.inſtit.l.j.&.l.filius.ſecus ſi impoſsibilis ſit propter difficultatem præſtandi, vt ſi mihi domum auream dederis.ff.de ſtatuli.l.hæres.§.j.quia tûc valet matrimonium,vt ibi,idem ſi propter perplexitatem eſt impoſsibilis: quia & tunc vitiat contractum.ff.de condi.inſti.§.Titius.ſed ſecundum Vin.ibi contra naturam,& ſubſtantiã.& ibi,tenet matrimonium.adde:ſed oppono.Nõne quælibet inhoneſta conditio eſt impoſsibilis?certè ſic.ff.de condi.inſti.ſi filius.arg.xxii.q.ij.faciat.ſed impoſsibilis conditio vitiat cõtractum.ff.de verb.oblig.impoſsibilis.ff.de reg.iuris.impoſsibilium.ff.de acti.& ob.non ſolum.inſti.de hæred.inſti.§.impoſ-
2 ſibilis.extra de pact.c.vltimo.† & ſic videtur quòd matrimonium contractum ſub turpi cõditione.i.ſi feceris furtum, vel homicidium,quaſi ſub impoſsibili contractu non valeat: ſed reſpondeo matrimonium ſub quantuncunq; turpi conditione cõtractum valet:dummodo non ſit contra ſubſtantiam, vt de prole vitanda,& de adulteranda,vt extra de condi.appo.c.vltimo Ad obiecta reſpõdeo quòd eſt ſpeciale in matrimonio,vt matrimonium contractum ſob impoſsibili conditione teneat vt eſt in inſtitutionibus legatis,& fideiuſ.in quibus conditio pro non adiecta habetur ſi opponatur ei cui aliquid relinquitur.cœterum ſi ei à quo relinquitur,vel cui iubetur de dando, vel reſtituendo non valet legatum.inſti.de leg.§.vltimo.& no.Azo in ſumma.de condi.inſti.§.& quod dixi ſcdm Gof.qui ita not.in decre.hic alleg.extra de condi.app.c.j.& ibi,inſinuante.adde iſtud membrum non videtur bene approbari per hanc decre.nam ibi loquitur de vouente tantum continentiam, & non de profeſſa aliquam religionem:alioquin malè diceret ꝙ ei domus propria remanſiſſet quod eſſet cõtra ſubſtantiam profeſsionis.extra de ſta.mo.cum ad monaſterium in fi.ſcdm Inn.qui ita no.extra de ſta.mo.c.j.& de frig.& male.fraternitatis.& idem ſentit.H.&.B.qui de hoc no.xxviij.di diaconus.& xij.q.j.non dicatis.&.xix.q.ij.§.nunc autem.&.B.vt not.extra de ſtatu mo.c.ij.& de condi.app.c.vlt.& idem not.ff.de vſu,& ha.per ſeruum.ibi videas.ff.de adop.ſi pater.& idê ſoluit Bar.Brix.in ſua quæſtione.venerabili.aliâs dominicali quæ incipit Quædam ſub ea conditione intrauit monaſteriũ &c.ſed Lau.hic ſentit cum Io.ſ.ꝙ valet conuerſio,nec habebit proprium.arg.ff.de hære.l.inſti.Hæreditas ex die,& ita aliud eſt dicendũ ſecundũ eum in matrimonio ſpirituali,vel dic per ipſum Laurẽ.† quòd habere proprium non eſt contra ſubſtantiam monachatus.hoc enim nullo iure cauetur.& iſtorum ſententiam ſequitur Goff.extra de regu.ſicut nobis.vbi dicit ꝙ per talem cõditionem non excluditur monachatus,vt in hac decre.inſinuãte.xxxiij.q.v.quòd Deo.xxvij.q.j.de viduis.dicit tñ quòd talis conditio eſt abolenda,quæ eſt contra votum.arg.ff.ſi vſuf.pe.l.j.§.j.x.q.j.c.ij.& hoc dicit in prænominato.c.inſinuãte.vbi dicit idem Vinc.& eſt ſimile.j.q.iij.ſi quis obiecerit.de cõ,di.j.ſi quis baſilicã.ff.de ſeruit.ruſti.prædi.l.iij.§.qui ſhabet.ſecundũ Tan.& cum iſtis ſentiunt Ro.& Pin.extra de ſta.mo.c.ij.& idẽ videtur ſentire Inn.extra de condi.app.c.j.hanc vltimam ſententiam teneas ſcdm Gu.na.qui dicit ꝙ dominus Inn.iij per ſuas literas conceſsit cuidam mulieri,quòd poſſet eſſe conuerſa in eccleſiam ſanctę Marię de reuo.Bonoñ.dio.& vteretur rebus ſuis prout vellet.quas literas ego Guido profiteor me vidiſſe, in quibus inter cœtera continetur,ꝙ mulier prędicta retento ſibi vſufructu quorundam bonorum,quæ donabat ipſi eccleſiæ ſanctę Marię incontinenti ſe conuerſam fecit ipſius eccleſię ſanctę Marię,quę eſt canonica regularis,& obedientiã promiſit & in fi.ipſarum literarũ.hoc etiam ponitur tãtum ſicut colligitur ex præmiſsis ſponſio tua,non profeſsio,quam facere ſolent qui ſe ſuaq; Deo dedicant:ſed ſimplex commiſsio videtur. ſed ſi quæras,quæ ſit ratio diuerſitatis eſt ſecus in matrimonio carnali dicit quòd Io.hanc reddebat rationem.hæc dictio.ſ.ꝙ vxor procuret venena ſterilitatis, & cœtera conſimilia,& eſt contra ſubſtantiam matrimonij:quia ad hoc eſt inuentũ matrimonium,vt inde proles naſcatur.nã tria ſunt bona matrimonij.ſ.fides,proles,& ſacramentum.xxxvij.q.ij.omne itaq; ſed hoc ꝙ monachus non habeat proprium non eſt cõtra ſubſtantiam monachatus de ipſius ſubſtantia.ſed eſt de conſtitutione eccleſiæ quod ſic probatur monachus,nihil aliud eſt quã ſolitarius,& triſtis.xvj.q.j placuit.quicquid igitur vltra additum eſt,de iure poſitiuo,eſt impoſitum ſcdm eum.& idem ſentiũt Inn.& Hoſt.extra de ſta.mo.cum ad monaſterium. vnde cum proprium habere non ſit contra ſubſtantiam monachatus,vt.ſ.dictum eſt,& ſecundum Lau.meritò monachatus,& conditio poteſt tenere ſcdm Io.Si enim obijciatur de.d.decre.cum ad monaſterium.reſpondet prout ibi tangit ſua ſententia per Ber.& ab hac ſententia non recedas,quoniã veritatem continet,ſi bene principium aduertatur:licet Ro.bene ſentiat com primis ſ.quòd nõ tenet monachatus.& de hoc plenè no.in libello iuris canonici.rub.de hominibus,qui relig.aſſumũt.§.quid ergo dices &c.Gui.Tu verò cum quæritur quæ conditio inſerta,vel adſcripta in ſponſalijs,vel matrimonijs valeat,& ipſa matrimooia differat,& ſuſpẽdat:dic vt ſcripſi poſt Hẽ-
4 ricum extra de conditio.appo.c.conditiones.† Item quia de materia conditionum hîc tractatur,per gl.& etiam per Guid.quæritur primo,quot modis in iure accipitur cõditio,& quo iure inuentæ ſunt conditiones.& quæ ſit natura conditionis,& quæ ſunt diuiſiones conditiooum.& quibus modis,ſeu verbis concipiatur conditio,& de coniuoctionibus,& natura coniunctionum,& qualiter per illas conditiones inducanſ,& qualiter cum ſaciat conditionem.& quæ eſt differentia inter,ſi,& cum,& de coniunctionibus,niſi,& alioquim,aliâs ſiue,ſeu,&.&.qualiter faciant conditionem.& de aduerbijs,prępoſitionibus,nominib⁹,pronominibus,& relatiuis,& de dictione,verũ,& de participijs,gerundiuis,& ſuppinis qualiter etiam faciãt conditionem,& quis eſt effectus conditionis,& qualiter conditio poteſt pro parte impleri.& qualiter conditio perſonę cohæreat,aut ad ſucceſſorem,vel patrẽ,ſeu dñm tranſeat.& qui ſunt actu,qui nec diem,nec conditionẽ recipiunt,& quos adiectio diei,vel conditionis expreſsio vitiet.dic de iſtis quęſtionibus,vt ſcripſi in tractatu conditionum,quẽ collocaui extra de condi.app.ſuper rub.in prima parte illius tractatus vſq; ad fi.illius primę partis.Itẽ qualiter conditio poteſtatiua, mixta, vel caſualis nõ impleta haberi debeat pro impleta.& quid etiã de modo dicendum ſit quantum ad hoc,& qualiter conditio in ſpiritualibus ſit tenenda,vel frangenda.& qñ conditio, vel adiectio vitioſa,vel inutilis actum cui adijcitur vitiet,vel ſola vitietur.ſcripſi in prin.vſq; ad fi.videlicet per.xv.quæſtiones.Item quid de conditione de natura,vel de iure,aut de facto,ſeu ratione perplexitatis impoſsibili,vel quaſi impoſsibili.& qualiter prædictæ conditiones remittunſ.& qualiter modus impoſsibilis remittatur.& nunquid eodem iure omnes conditiones impoſsibiles remittuntur.& de conditione iuriſiurandi,qualiter in vltimis voluntatibus,contractibus,vel libertatibus remittatur.& qualiter cõditio impoſsibilis,de præſenti, vel de præterito remittatur,& generaliter qualiter in vltimis voluntatibus conditio impoſsibilis vitiatur,& non vitiat,ſcripſi in tertia parte prædicti tractatus de principio vſq; ad fi.Itẽ qualiter cõditio neceſſaria hebetur pro impleta ſcripſi in.iiij.
5 parte dicti tractatus.† Item de demõſtratione cauſa,& modo.

ſcripſi

ſcripſi in.v.vj &.vij.partibus eiuſdem tractatus, & in octaua parte ipſius tractatus, tractaui prolixè vnam quæſtionem ad materiam conditionum huiuſmodi facientem quam hîc cauſa breuitatis omitto. Itẽ ſi ingreſſus monaſterij fiat ſuper hac forma, vt ingreſſus poſſit proprium retinere, hîc tangitur per Io.in gl.vltima.ver.ſimiliter tenet conuerſio, & pleniſsimè per Gui.in.d.gl.in vltima additione.& per Cy. C.de ſacroſanct.eccle.auth.ingreſsi.& ſcripſi in tractatu prædicto parte tertia.q.xvj.& c.ti.videlicet de condi.app.c.vltimo.in prima quæſtione.vbi plenè de hoc.& qualiter inutilis adiectio vitietur, & non vitiat.remittit Henricus ad no.ſua in.c.ſi conditiones.de condi.app.ſed de hoc ſcripſi plenius in tractatu prædicto parte ſecunda.quæſtione.xv.

SVMMARIVM

1 *Meretrix quomodo accipiatur: ibi de fornicatione, & quot modis dicatur.*

Aliquando. Ab initio.per hoc intelligo quòd primum dixit de illis qui ex poſtfacto ſunt facti tales.& dic quòd ab initio ſ.cum contrahunt.H. ſi autẽ.ver.in gl.vident ergo in fine.adde arg.contra.j.c.proximo.vbi
1 de hoc.In gl.j.digna.adde vel dic† meretrix i.fornicaria quantũ in ſe eſt fornicatur cum marito iniuriã faciendo ei, & no.ꝙ fornicator aliquando dicitur ſolo actu, vt cum quis copulatur non ſuæ, quòd credit ſuam.ĩ.e.q.v.propoſito.xxxiiij.q.ij.ſi virgo, & c.ſeq.aliquando dicitur aliquis relatu fornicari cum actu, & voluntate, vel ſola volũtate fornicatur, vel cauſa propriæ prolis necandæ copulatur affectu hoc modo dicitur iſta meretrix.id eſt reatum contrahens ex tali copula mariti ſecundum Io.de fict.

Quinta pars.ij.q.cauſæ.xxxij.

De his qui. Hîc incipit.v.pars ſecundæ quæſtionis cauſæ.xxxij.in qua quæritur, an homicida ſit, qui percutit mulierem, & facit abortum, & dic, quòd non, niſi eſſet viuificatus fœtus, & hoc probat per tres canones Io.de fict.

Quod verò. Dic quòd pro, quia, & hîc loquitur Aug.ſuper illa verba Exod.quæ habẽt ĩ.c.proximo ſecundum Hug.noluerit. Exod.xxj.depœcauerit. ergo non eſt ibi homicidium.ĩ.e.ſicut tale.argu.contra extra de homicid ſi aliquis.vbi de hoc.ij.q.v.conſuluiſti.in fine.Itẽ. ver.formæ puerperium.ſ.formam, & diſtinctionem membrorum non habens.H.iam i.antequàm informatum ſit, vel.i.ante abortum.Hu.fuerat.ſub.vt dicunt hæretici.H.quæſtio eſt, inter nos, & ipſos hæreticos.ſ.de hoc quod dicunt cum ſemine infundi animam.non eſt præcipitanda.vt ipſi hæretici dicunt, ibi enim eſſet percipitium, ſi in hoc deberemus dare ſentẽtiam, vt ipſi, vel dic quòd deriſiuè loquitur: quod patet: quia ſtatum dat ſententiam ſcdm Hug.ſed ideò.ver.conſenſu.quod fit quouſq; recipiet puerperium diſtinctionem membrorum. Hu.& ibi, & hoc quædam iuuamenta corporis.adde hîc videas quod legitur, & notatur.ĩ.v.di.§ j.& in fine.adde, aliter videtur notari.ĩ.j.q.iij.ſi quis obiecit in gl.excedendo &c. ibi videas Gui. Vtrum autem, ſeu qualiter interficiens fœtum, vel conceptionem eius impediens cẽſeri debeat homicida.ſcripſi poſt Henricum de homicid.§.ſi quis.

SVMMARIVM

1 *Homicidium vox æquiuoca.*
2 *Spiritus quid ſit? & de differentia ſpiritus, & animæ.*

Moſes. Tradidit.Exo.xxj.c.& hoc.c.deberet præmitti.c.præcedenti, ſecundum.H.& Bar.Brix.dot.animam.Deuter.xix.i.vitam.H.pecunia.non ergo omne peccatum mortale puniebatur morte, & hoc mortale peccatum hodie repellit à promotione, licet olim non puniretur morte: nõ enim illa ſola, quæ olim morte puniebatur: ſed omnia illa, & multa alia impediunt à promotione, vt hîc, & raptus, & vltio iniuriatum.xlvj.di.ſeditionarios, & .xxij.q.ij.ſi quis peruentus xxiij.q.iiij.cum in lege.& ſufficit rationem quare Moſes dixerit pecunia mulctaretur.ſ.vt probaret &c. H.& quod tale cri-
1 men promotionem impediat.no.hîc Laur.† Ad horum declarationem not.æquiuocationem homicidij. Eſt enim homicidium actus, & voluntas, eſt etiam homicidium ſubtractionis beneficij, dicitur etiam homicidium, quando conceptus fœtus ne animetur, vel ad lucem veniat maleficijs retardatur, ſicut ille dicitur vitiorum extirpator nõ ſolum: quia vitia iam exiſtentia extirpat: verum etiam qui ſubhorrentia conculcat, & extinguit ſecundum Io.& Roff.ad præmiſſa, dic vt legitur, & notatur extra de homicid.ſi quis obiecerit.in glo.exercendo &c.cum.i.ex.H.cum ſemine, ſcilicet infundatur anima. de anima.ſcilicet patris.ſed ſi.ver.prius.aliàs proprius. Adæ.Gen.ij.c.non poterat.ver.admittere.non naturæ permixtione: ſed intruſione.Lau.domum, ſcilicet corpus, habitatorem, ſcilicet animam: quia ipſi dixerunt authores ita ab anima diſtare ſpiritum. Anima eſt ipſa vita hominis præſtans ſenſum, motũq;
2 corpori.† Spiritus autem animæ eſt quædam vis, ac potentia rationabilis, per quam legem naturæ præſtare videtur cæteris animalibus: ſed ſpiritum, & animam idem eſſe certiſsimè pronuntiat euangeliſta, dicens poteſtatem habeo ponendi animam meam.de hac quoq; ipſa domini anima rurſus euangeliſta protulit ita, & inclinato capite emiſit ſpiritum: ſed anima eſt dicta: quia viuat ſpiritus pro ſpirituali natura, vel pro eo, ꝙ ſpirat in corpore. item anima flatus vitæ eſt animalem hominem faciens. Spiritus autem ille eſt, qui carnales concupiſcentias calcat. Omnis anima, ſpirit' eſt: non tamen omnis ſpiritus anima. Nam & angeli ſpiritus ſunt, ſiue venti, non tamẽ anima ſecundum Papin. Qui etiam dicit, quòd anima eſt ſubſtantia incorporea intellectualis, rationalis, inuiſibilis, immortalis habens ignotam originem, nihil terræ in ſe mixtum. Dicta eſt anima, quaſi à nemos, quod græcè dicitur ventus eo, quòd ſemper ſit in motu proprio, & corporea moueat, vel quaſi ame. i.anoma, quòd græcè recognitio dicitur, vel quaſi ama latinè, id eſt vacua, quod eſt incorporea, vel componitur ex, à, & neme quod græcè tribuo dicitur: eo quòd attribuat vitam corporibus, & anima cum ſit vna eademq; tantum, pro diuerſitate affectionum varia ſumpſit vocabula: quoniam ipſa eſt ſpiritus, vt hîc dicitur quo contemplamur ſenſus, quo ſentimus, quo ſapimus, animus, mens, qua intelligimus, ratio qua diſcernimus voluntas, qua conſentimus, memoria qua recordamur, anima qua vegetamur. hæc omnia vna eademq; eſt anima ſecundum Papin.in ſanguine, videtur quòd debet exponi, id eſt per omnes particulas corporis, vt ait idem Auguſt.in epiſtola ad Hiero.de origine animæ. Vbi dicit quòd anima per omnes particulas corporis, tota adeſt ſimul, nec minor eſt in minoribus, nec in maioribus maior: ſed tamen in alijs intenſius, in alijs remiſsius operatur cum in ſingulis particulis corporis ſit eſſentialiter, vt habetur in libr.ſententiarum.li.j.c.j.in ſanctis verò eccle, &c.exponit Laur. in ſanguine, id eſt in corpore quatuor humorum temperie temperato, & ponitur ſanguis pro corpore: quia apparẽter plus habet de eo in ſe corpus, quàm de alijs humoribus. Aliqui dicunt ꝙ habitat in cerebro vnde læſus in eo inſanit ſecundum Laur. In gl.vt illi, in fine.adde, id eſt ex ſemine, ſimul cum corpore.i. ſimul cum ipſo ſemine corporis anima creatur, & infunditur ante quàm corpus humanum ſit formatum.B. ſicut formatum.lvj.diſt.naſci.homicidium: quia non eſt homo.ſupra ea. quia verò.Guido.

Sexta pars.ij.q.cauſæ.xxxij.

Cum ergo. Qui aliquem. Hîc incipit ſexta pars ſecundæ quæſtionis cauſæ.xxxij.in qua quæritur vtrum peccet concubinarius dimittendo cõcubinam, & adhærendo vxori, ſiue inhærendo vxorem Hugo.

vel qui dat ei filiam ſuam,& dicitur quòd non. Io.de fict.

Ancillam. Talium.ſ.concubinas habentium, & eas dimittere nolentium:dicunt enim ſe nolle nubere:quia non poſſent eſſe contenti vna.H.nec cerebris. xxxiij.q.iiij.ſicut.nemo.ver.perficitur.ad hoc. xxiij.q.iiij qui ſecundum.iuxta prin In j.gl.ibi,reſpondet.adde.ar.contra.xxix.q ij c.cuius rei.ibi,de hoc.Gui.

Non omnis. Conſtituente.Geñ ij.c.itaq; verſi. ad principiũ.c ſpectat.propter quod ſecunda pars.apoſtolus.ad Gala.iiij.c.harum.ſ.vxoris,& concubinæ,vel ancillæ,& liberę.ſecundum.H.ex geñ.xxxj.c.liberæ. aliâs in eo Iſaac.igitur.ver.loci.occidentalis,vel orientalis,vel eccleſiæ ſecularis,ſiue regularis,vel dic.loci.i.dignitatis,& qd dicit clericus ſub.maxime:quia idem de quolibet laico ſecundum.H ordo dederit.niſi fortè &c.videatur.ſub. maximè ſecũdum Hu.nam idem ſi his ceſſantibus facta ſit vxor.non ita &c.paterno.eoim &c.culpa videtur in ooi à contrario ſenſu, quòd non careat culpa,ſi parentum conſenſus non requiratur dicit H.hoc non eſſe,verum,ſi hoc faciunt ex contemptu,aliâs autem non peccant cum conſilium ſit de requirendo conſenſu paterno,& debet hic ſuppleri maximè, vel fortè loquitur ſecundum leges Guid.

Septima pars.ij.q.cauſę.xxxij.

CVm ergo dicitur. Hîc incipit vij.pars ſecũdæ quęſtionis cauſæ.xxxij.in qua intendit probare magiſter,quòd verecundę debent eſſe mulieres,& magis rogari à viris,quàm rogare.Io.

Honorantur. Parentes.Geñ.xxxiiij.c.non attulit. nam cum fuit interrogata ſine dilatione dixit vadam,& ſic dimiſerunt eam,& nutricem eius, & ſeruum Abrahæ.vnde.ver. Euripidiũ.proprium nomen.ergo. ver.mirati ſunt.i.laudauerunt,& approbauerũt ſecundum.H. tantum.xxxj.q.ij-§ j.in ſi.appetentiæ.i.appetitus,& deſiderij, & luxuriæ,& voluntatis.H.author.communis generis eſt.H. expetita,vt ſic charior habeatur.xxvij.q.ij.inſtitutum.H. verecundiam.i.pudorem,modeſtiam, & not.quòd verecundus non vbi vera timet,pudẽs verò opinionem veram,vel falſam. ſecundum Papin.Numer.xxx.c.In glo.datis.in fine.adde ar.ad hoc.extra qui ma.accu.poſ.ſignificante,vbi de hoc,& not.xxiij.di.his igitur.in gloſſ.j.pro ſacramentis.&.j.q.j.quicquid.In gl.innuit.ibi,patet adde ad idem.xliij.diſt.c.j.vbi de hoc.& in fi.adde dicas hoc eſſe verum debito honeſtatis,& ſic intelligitur extra de ſpon.impu.tua.aliâs ſecus xxxj.q.ij.c j.&.ij.Gui. Qualiter autem pretium,vel pecunia in matrimonijs,vel ſpõſalibus interuenire poſsit.ſcripſi de condi.appo.c.de illis.in ſecunda quęſtione.& quid ſi dicat accipio te,vel contraho tecũ ſi centum dederis,ſcripſi ibi,in prima quæſtione.& vtrũ pro benedictione nubentium,vel pro matrimonio,aut pro baptiſmo,ſeu occaſione collationis ſpiritualium aliquid dari,vel recipi poſsit,ſcripſi de ſimo.cum in eccleſię in tribus quęſtioni.

Mulier. Ad hoc puellari.i.minori.xij. annis. pollicita eſt.polliceri ſponte dicit promittere verò pręſtolanti Pap.ſi autem.ver.ſtatim.i.in eadem die.arg. numeri. xxxj.vbi dicit,& in alterum diem diſtulerit ſententiam. contradixerit.i.reuocauerit votum.ſ.filiæ,vel filij impuberis.idem enim credo de filio,& de filia,licet lex loquatur de ſola filia numeri.xxx.Rodo.ſic.xxij.q.v.pueri.contradixerit. xxij.q.iiij.c. tribus.In j.gl.ibi,alioquin.adde aliâs exempto.& ibi,iuramentum.adde numeri.xxx.vbi agitur de himõi iuramentis, & votis dicit gl.Aug.non ad omnem iurationem pertinet hoc, ſed ad eam vbi quiſq; nouerit alicuius rei abſtinentiam;qua licebat vti per legem:ſed per votum ipſe ſibi efficit non licere,per hoc patet quòd non poteſt reuocari iuramentum niſi ſit tale quod præſtitũm ſit ſuper abſtinentia ſecundum Rodo.& ibi, alij.adde vt Lau.& Io.de fict.Guido.

SVMMARIVM.

1 *An votum virginitatis poßit à patre reuocari.*

Meritò. Hîc.i.in hoc loco.ſ.in authoritate matrimonij de qua habetur.ſ.c.proximo.mulier. quia ibi Moſes dixerat mulier,& mulier ſolet accipi pro corrupta,vt ibi not.videbatur quòd ibi non comprehenderetur votum virginitatis,& ideò congruè ſubdit Augu.quòd ibi compræhenderetur:nam nomine mulieris ſæpe virgo deſignatur ſecun-
1 dum.H.de voto virginitatis.ſ.† vtrum poſsit reuocari à patre,virginis,ſicut & aliud votum,& quidem poteſt.vnde not. quod Moſes loquitur de fœmina conſtituta in ætate impuberi,ergo de virgine:quia in ętate impuberi fœmina non eſt apta carnali officio,& ita authoritate Moſis patet quòd votum virginitatis eſt in poteſtate patris,& hoc non probatur ſolum authoritate Moiſi,ſed etiam apoſtoli.vnde ſubdit ſeruet &c.q. d.in poteſtate patris eſt,vtrum velit eam tradere nuptui, vel non.& ita illa non poteſt facere votum virginitatis patre cõtradicente ſecundum.H.in ſcriptura.numeri.xxx.ſ.xxvij.q.ij. priuſquàm loqui.j.ad Corinth.vij c.ſeruet.ſ.pater econtra.ſ. quod votum virginitatis non ſit in poteſtate patris.H ſed nonne contra quia.c.ſeq.loquitur de his,qui ſunt ſui iuris quoad matrimonium contrahendum,vt quia nubiles ſunt Gui.

Hoc ſanctum. Quòd ſi.ver.ſimul.verſi.ſi quis.ſecunda pars.In.j.gl.ibi,ſic arg.adde de hoc etiam not.xxxvj.q j.c.iij.& not.quòd mater non tenetur dotare filiam.C.de iur.dn.l.mater.niſi in caſu.ſ.quando mater eſſet hęretica,& filia orthodoxa.C.de hęreti.l.cognouimus. & iſtam ſententiam gl.hîc tenet Io.de fict.Gui.

Tertia quæſtio cauſæ.xxxij.

DE tertia verò Quæſtione. Hîc intitulatur tertia quęſtio cauſæ.xxxij.in qua quęritur cuius arbitrium in nubẽdo aliqua ſequi debeat.puta an liberi,aui, an verò patris originarij,id eſt ſeruilis conditionis.

SVMMARIVM.

1 *Seruus qualiter aliâs appellatur,& famulus quid ſit.*

2 *Seruitus quot modis accipiatur,& an ſeruo liberum contrahendi matrimonium inſit.*

Patrem puellæ. Seruum.ſ. in themate magiſter vocauit eum originarium Hug.
1 †& not.quòd propriè famulus dicitur ex propria familia natus,ſiue ortus mancipium ex hoſtibus ſeruus,in bello captus, atq; ſeruatus.dicitur ſeruus ex cõditione ſeruitutis:nam apud antiquos qui à morte in bello ſeruabantur,ſerui vocabantur.
2 †& not.quod ſeruitus duobus modis accipitur.i.pro latria,& dulia grecè hoc eſt,quę Deo,& hominibus competit: & dicitur ſeruitus conditio ſeruiendi,& dicuntur ſeruire dominis tantũ inſeruire verò cuiuſq; præceptis ſecundum Pap electionem:i. volũtatem,& cõſenſum.H.decernimus.ſac vim in verbo:quia ſecundum hoc videtur eſſe præceptum.ſ.de conſenſu parentũ requirendo.ſed dic ſecundum.H quod hoc dicit perſuadendo,vel dic quòd poteſt eſſe præceptum in caſu in quo loquitur hoc.c. vt ſi alterutrius talium debeat requiri voluntas,potius requiratur voluntas aui liberi,quàm patris ſerui.& in fine.adde ad hoc poteſt dici quòd aliquid poteſt in ſe, quod non poteſt in alio quem non habet in poteſtate ſua.ar.ij.q.vij.ſi hæreticus. xvj.q.j.placuit.ſed hoc non obſtat: tene quod ſequitur ſecundum.H.& Laur.quorum fuit iſta gl.vſq; ibi,vel dic &c. In glo. arg.quòd ibi,vxorem.adde hîc ſub.dic,cum ſeruus habet liberum arbitrium contrahendi matrimonium,vt.xxix.q.ij.ſi quis liber.ita liberum habeat in filia maritanda qualiter enim &c. ſecundum.H.Guid.

Quarta quæſtio cauſæ.xxxij.

QVod autem. Ex ancilla.Hîc intitulatur quarta quæſtio cauſæ.xxxij.in qua quæritur vtrum viuente vxore liceat alicui ex ancilla filios procreare. & hæc quæſtio diuiditur in ſex partes, in prima parte quæritur

queritur vtrum aliquis propter ſterilitatem vxoris poſsit quęrere filios ex ancilla,ſicut fecerunt Abraham,& Iacob.& dicẽdum eſt quòd non:quia omnia in figura contingebant illis.Io.de fi&#x2e.& hoc proſequitur magiſter per duo capitula Abrahę.Geñ.xvj.filios,Iſmaelem,& alios.hoc item.ver.ex ancilla.ſ.Bilam.filios.ſ.Datan,& Neptalim.geñ.xxx.c.legitur.ge.xxx.ancillam zelſan.filios.ſ.Guar,& Aſſer.ex quibus.ver.ſed ſicut.ſecunda pars,quaſi dicat non vocantur,quia ſicut &c.& hoc primum verum eſt,& quod.j.dicit bene dicit:quia non eſt verũ:ſed eſt allegando dictum ſecundum.H.Cethuram.geñ.xxv.c.& quidam dicunt hanc fuiſſe Agar,matrem Iſmaelis,quam mortua Sarra,Abraham duxit vxorem,& habuit ex ea filios H ſic videtur.non tamen ita verum eſt,quandoq; tantum ſic videtur,& eſt nam ſi aliter ita pronunciauit videtur Titium nihil Seio debere:ſi Seius poſteà quid petat committit in pœnam.ff.de recept.arbi.quid tamen.§.j.Laur.& adde ad hoc,qđ dixi.xxiij.q.iij.tam ſacerdotes.ſuper gl.vltima.illud.ver.Augu.ſ.quòd ideò Abraham duxit Cethuram &c.H In gl.matrẽ ſibi,legitimari.adde & videas quod not.ĩ.ea.qõ.ij.non omnis.

Iſtæ. ſ.Tertulianus.vbi.ſ.in quo facto.Hu ſacramentum.i.nulla res ſignificaretur.H.aſtipulator.i.adiutor ſacramentum.Gui.In gl.ſ.Tertulianus.adde quidam dicere voluerunt quòd Tertulianus non fuerat iſte aduerſarius de quo loquitur Aug.cũ.j.c.proximo in fine dicatur aſtipulator &c.

SVMMARIVM.

1 *Quid denotent quatuor actiones,quæ erãt penes quatuor patriarchas.*
2 *Modi generandi ſpiritualiter.*
3 *Vnitas eccleſiæ quotuplex ſit.*

1 **Recurrat.** Diſtincturus.Aug.† quatuor generationes carnales,quę fuerunt in tribus patriarchis,quæ habent ſignare quatuor ſpirituales generationes,quæ ſimiliter fuerunt in eccleſia ante legem,& in lege,& in tempore gratię,quæ in diuerſis temporibus generat bonos,& malos ſeruat hunc ordinem,primò inuitat ad conſiderandum generationes carnales trium patriarcharum,& exponit quid ſignificent,& hoc vſq; ad illud.Iuuenis &c.deinde oſtendit qualiter ancille,& vxores pepererunt bonos,& malos ante legem,ſub lege,& in tempore gratiæ,& facit hoc vſq; ibi,ſed cum tales.
2 exinde oſtẽdit,† quatuor modos ſpirituales generandi ſpiritualiter,& ſic potes ponere caſum ſecundum.H.in iſtis.i.de iſtis,vel in generationibus iſtorum,ancillam.geñ.xxj.c.in.i.dedictũ eſt.exo.iij.c.Iacob.i.omnium Chriſtianorum,ſiue fideliũ.alibi exponitur.ego ſum Deus Abrahã.i.ſperantium.& Deus Iſaac i.credentium.Deus Iacob.i.diluntium.alibi exponitur ad ꝓbandum reſurrectionem.ſic ergo ſum Deus Abraham &c.i.Deus mortuorum:ſed nullorum dicitur quis eſſe Deus:ergo mortui non ex toto perierunt.H.per malos.gene.xxx.c.mali.geñ.xxv.c.bonos.geñ.xxj.c.malos.geñ.xvj.iuuenis.ſecunda pars.bonos.geñ.xxix.&.xxx.quomodo.ver.j.ſicut ex ſemine i.gratia,vel ſacramẽto diuino.H.in Iacob.i.in ſemine Iacob.H.cum fratribus.geñ.xlviij.expulſus eſt geñ.xxj.c.& fratrẽ Iſaac vidit.i.intellexit ludum illorum ſignificare futuram perſecutionem in populo Dei.quæ autem.Tertia pars.ſ.eccleſia antiqua.H.in vnitate.quoad corporalem cohabitationem.i.qui nondum condemnati,vel conuicti ſunt de ſceleribus ſuis corporaliter ſunt in eccleſia:dicitur enim quis eſſe in vnitate eccleſiæ,qui corporaliter adhuc conuerſatur cum bonis in eccleſia,nec adhuc eſt conuictus,vt hîc,item quis dicitur eſſe in vnitate eccleſiæ,quoad participationem ſacramentorum.de conſe.diſt.iiij.quo.&.c.eſt vnitas.Item quis dicitur eſſe in vnitate eccleſiæ,quoad gratiam charitatis.de conſe.di.ij.c.quia paſſus.
3 & di.iiij.nullus aũt.de pœ.di.vj.qui vult.&.j.c.c.† Triplex eſt vnitas eccleſiæ.ſ.vnitas corporalis habitationis,vnitas cõionis ſacramentorum,vnitas gratię,& charitatis.In prima ſunt boni,& mali,in tertia tantum boni.H.ſed cũ.iiij.pars.ſicut Eſau.geñ.xxv.c.cum autem.verſu.annunciant.& ſic per malos malos.Lau.H.item.ver.cum verò.ver.per ſpirituales,& ſic per bonos boni.Lau.itaq;.Quinta pars inſert ex eo quod dixerat ſine ſint permixti &c.q.d.& quia alij ſunt intus,& alij ſunt foris.itaq; &c.H.miſcetur.quoad exteriorem cõmunionem.H.de nullo.ver.In gl hîc adde.i.in hac ſerie.H & in fine.adde hîc require quod not ĩ.ea.q.ij.non omnis in gl.in paradiſo.In j.gl.ibi,beſtiali.adde.i.carnalia ſapientes,vnde animalis homo non percipit ea,quæ ſunt ſpiritusſancti.H.In gl.ſ.cum cathezizantur.adde.ſ.qui baptizari nolunt.H.In gl.j.charitatem.in fi.adde ſub.hominem innouantem.In glo.area.ibi,eccleſia.adde ad hoc.xxiij.q vij.c.j.in fi.Guid.

Secunda pars.iiij.q.cauſæ.xxxij.

HIs ita reſpondetur. Hîc incipit ſecũda pars iiij.quæſtionis cauſæ.xxxij.in qua excuſatur Abraham:quia præuenit legẽ,& quia erat præceptum,vt quis relinqueret ſemen ſuper terrã.ſicut olim faciebant ſacerdotes.Io.de fict.& dic quòd ſanè loquitur magiſter & bene ſoluit ſecundum Hug.daturum.geñ.xij.c.xv.&.xvij.relictis.geñ.xiiij.duos elegiſſet.geñ.xij.in lege.Exo.xxiiij.c.hinc etiam.ver.conſtabat.Lucæ.j.leuiti.x.in fine.numeri.vj.quia.ver.domui.Eze.xiiij c.ſed euntes.Math.vltimo domini Iudæ.leuiti.xviij.&.xix.in omni gente.actu.x.nec ergo.verſi.In glo.j ignominioſa.adde:nam pudor eſt fœminis &c.ĩ.e.q.ij.c.j.In gl.arg.quòd in fine.adde de hoc notatur.lxj.di.c.Neophitus.Gui.

Dixit ſacra. Geñ.xvj.c.ſed conſidera.ver.adulterium geñ.ij.&.viij.& videbatur.hoc optimè ſoluit:quia non erat expreſſum.Lau.legis ſcriptæ.H.non ante legem.ſcriptã damnatio.not.quòd dicit damnatio,& non peccatum,& dic,rei &c.id eſt legem præuaricans:quia nemo præuaricaret legem antequàm eſſet ſcripta ſecundum.H.conſugium.geñ.ij.c.ſecunda.ver.hæc excuſatio eſt melior.adhuc.verſi.quaſi dicat adhuc aliter poteſt defendi,& eſt eius defenſio.tertia religionis.id eſt religioſos pertinebat,vt redderet debitum naturæ.ſ.vt ſuſciperent filios,& relinquerent prolem,quam natura deduxit ad eſſe.vnde de illo debito dictum eſt in lege maledictus qui non reliquerit &c.vide quòd duæ negationes faciunt vnam affirmatiuam.hanc.raritatem generis humani,& reſtaurationem.H.deniq;.ver.hanc cauſam.i.raritatem generis humani.habuerunt.geñ.xix.priuatam.i.ꝓpriam,& ſingularem.culpam.id eſt inceſtus.In.j.gloſſ.diminuit,ibi,intentionem.adde item arg.quòd malum in parte excuſatur propter publicam vtilitatem.arg.ff.de no.ope.nunci.l.de pupillo.§.ſi quis viros.& in fine.arg.contra.ff.de neg.geſt.ſiue.xxx.q.j.noſſe.Guid.Qualiter autem conſuetudo deroget ſeu præiudicet.ſcripſi de conſuet.c.cum tanto.vbi etiam per Henricum.

SVMMARIVM.

1 *Grauius efficitur peccatum cum retorquetur in alium.*

Nemo ſibi. Adulterium.Hîc ſumitur pro qualibet fornicatione.j.e.q.v.qui viderit.vel dic ſtuprum.i.à coniugato commiſſum.nec viro.ver.in eo dicitur ver.verbum.grati.ſ.ſcare.id eſt cognoſcere Lau.tollerabilior.verſu authoritas.i.ſi culpa vſurpetur,& præſumatur ab aliquo authore patriacharum,qui alias præter vxores cognouerunt,id eſt ſi noluerit quis,peccatum ſuum defendere exemplo,&
1 authoritate patriarcharum minus peccabit.† Nam retorquere ſuum peccatum in alium graue peccatum eſt,ſicut apparet in Adam poteſt etiam referri ad vtrunq; præmiſſorum,ſicut ad hoc ſcilicet vt quis dicatur magis peccare,ſi vult peccatum ſuum defendere legis humanæ authoritate,vel exemplo patriarcharum:vel quia vir eſt caput mulieris,& ita non eſt contrarium quod hîc ſignatur.xij.q j.c.certè.Quidam tamen legunt iſtam literam de occulto peccante,vt hîc patet in gl.ſed qualiter tunc faciat ad propoſitum Ambroſij.Non intelligo iſtam literam ſecundum illos qui eam intelligunt de occultè peccante,ſic exponitur quoniam ſi culpæ vſurpetur authori-

tas, id eſt manifeſtè peccent. quia tunc alij corrumpuntur exẽplo. xxvj. q. ij. ſed & illud. ſed quamuis hęc litera exponatur, vt dicunt non tamen. c. certè eſt contra qui ex toto loquitur in alio caſu ſecundum Hug. dic ergo ſi lateat culpa i. ſi ex infirmitate latenti, vel fiat ignorantia. quid ſi culpæ viurpetur authoritas id eſt quid ſi ſola voluntate ſaturandæ libidinis fiat, & ſic facit ad rem, & ceſſat contrarium ſecundum Lau. nec hoc. verſi. poteſt atem. ſic omnis pollutio illicita fornicatio dicitur, vt ĩ. ea. q. vij. non ſolum. ſic omnis illicita concupiſcentia dicitur fornicatio. ſ̃. xxviij. diſt. idololatria. tamen. verſi. temerantur, geñ. xx. prætenderet, geñ. xx. dicens geñ. xij. c. cuſtodemq;. pro, id eſt &, quòd ſic exponi debeat patet. ij. q. vj. ſtatuendum. in gl. iij. pollui. ſcilicet impunè. xj. q. iij. ſecundum Hug peccare. ſ. cognoſcimus. cœleſtis. i. eccleſiæ. In glo. ſtuprum. ibi, ſecundũ canon. adde ſed contra de pœni. diſt. j. c. ſolicitatores § qui pue ro quæ eſt lex canonizata. In gl. quaſi dicat. ibi, peccare. adde de hoc notatur. ſ̃. lxxxj. diſt. c. clericus. & extra de celebra. miſſ. c. de homine. Guid.

Tertiæ pars. iiij. q. cauſæ. xxxij.

SVMMARIVM.

1 *In re honeſta poteſt quis inſanire.*

ORigo. Hîc incipit tertia pars. iiij. quæſtionis cauſæ. xxxij. in qua probatur, quã ratione debet homo diligere vxorem non tanquàm adulter Io. de fict. deformis. arg. contra. xij. qõ. ij. ſancimus. nihil ſecunda pars. honeſta

1 cauſa, † ita poteſt homo inſanire in re honeſta, vt inhoneſta. vt. xiiij. diſt. quod ait. ſ̃. ea. quæſtione dixit. & ĩ. e. ſic non ſunt. & ſ̃. xlj. diſt. c. j. exempla multa ſuppetunt, vt ecce aliquis cauſa ſocietatis vadit ad ludos turpes, excedit in cibo, & in potu, quod non debet fieri de conſe. di. v. miniſtrorum. c. non oportet. ſoluit etiam ieiunium gratia hoſpitum, vel ieiunat nimis, & immoderatè ſe affligit. de conſe. di. v. non mediocriter. H. amator. id eſt debiti exactor. H. ardentior. quàm debeat amor ad carnale commercium Hug. non affectu. nam debet quis in ipſo amore ſeruare legitimum modum de pœni. di. ij. charitas ver. & quid eſt, & ſecundum Lau. Hieronimus hîc inuehitur contra quendam nomine Honorium qui intantum diligebat vxorem ſuam quòd nec cibum ſumebat niſi ore tractum vxoris de iſto locutus fuit Seneca. ſecundum Ioſ. quod in hoc. c. dicitur referunt quidam ad primam inſtitutionem matrimonij. ſed dic quòd exceſſus amoris hîc notatur ſecundum Lau. non regnet. i. non debet regnare, vel dominari. H. fœdus. i. ſanis eſt fœdum, & eſt exagregatio, vel vſualis locutio. Hu. & Ioannes. certe tertia pars, amatores. minos, vel fornicarios. In gl. i. immoderata. adde vt. ĩ. eo. liberorum. Guid.

Quis ignoret. Quomodo verſi. in coniugio. ad hebrę. xj. c. ſeculorum. j. ad Corinth. x. In gl. ſub coniugali. in fin e. adde. xxiij. q. iiij. c. Nabuchodonoſor. ver. tyrijs. ſecundum Lauren. ſed melior eſt litera altera qđ oſtenditur quòd olim ſub coniugali nunc ſub virginali, & ita altera fuit diſpenſatio, altera iſta ſecundum H. Guid.

Obijciuntur. Geñ xxx. vxores I. ia rachel libere cel pha, Bala ancillæ Lau. ſit. ver. alia eſt excuſatin quaſi dicat. prætereà, & alio modo excuſatur: quia ſic &c. Hu. ſicut. verſi. In prima gl. in fi. adde iſta expoſitio non eſt ſana ſecundum Hug. & Io. de fict. qui dicunt quòd Auguſtinus cautè dixit, quando non dixit: quia ſi hoc diceret viderentur pagani excuſari, quod falſum eſt: quia ille mos non eſt à Deo. vnde cautè dixit quando inſinuat, quòd hoc non faciebat conſuetudo: ſed diuina inſpiratio, & ideò dicunt reprobandam notulam, quæ dicit arg. quòd conſuetudo &c. quæ ſtatim ſequitur. nam in talibus ſecundum Hu. conſuetudo non defendit, arg. ĩ. e. q. vij. flagitia. ſ̃. j. q. iij. ſi quis præbendas. vel dic ſecundum Lauren. quòd excuſat in his, quæ naturæ conſentiunt: ſecus in his, quæ ſunt contra naturam, vt in prædicto. c. flagitia. & contra iſtam expoſitionem, quam ponit Io. ſcilicet quando, pro quia eſt extra de ſimo. non ſatis in ſi & ideò dicebat ſaſus hîc Laur. quòd illud quando non notat cauſam. Gui.

Quarta pars. iiij. q. cauſæ. xxxij.

SVMMARIVM.

1 *An prætextu boni mala ſint agenda.*

SIcut ſatius. Hîc incipit quarta pars quartæ quęſtionis cauſę xxxij. in qua dicitur, quòd ſatius. i. melius eſt vxori mori ſine filijs, quàm eos quærere de dãnato coitu. Io de fict. idololatricis. exo. xxxiiij.

1 ſemen. ſic. lvj. diſt. vndecunq;. † Vtrum autem prætextu boni malum, vel maioris boni, minus bonum ſit faciendum. ſcripſi extra ne cleri. vel mo. in. c. non magno. In prima gl. ibi, idololathitum. adde dic quòd ſic ſecun. ſuni. H. & Rai. dum modo nõ cum veneratione idoli, vel ſcandalo fratrum, vel coram idolathicis. ſicut azima prohibemur comedere coram iudæis. ĩ. xxviij. quæſtione, prima. nullus. & c. omnes. ſecundum. H. & eſt arg. ad hoc. xj. q. iij. quoniam. in fine. vbi hoc not. Laur. cuius fuit iſta gl. ſed. B videtur oſtendere cõtrarium prout no. extra de iudæis. quoniam ſit dic cum Goff. quòd in ſumma infamia neceſſitate cum horrore, & cum execratione poteſt aliquis idolathico veſci ad vitæ tantùm ſuſtentationem: quia neceſſitas legem non habet, vt ſequitur extra de regulis iuris. c. quòd non eſt. & ibi, legem. adde ſub. & neceſſitas contraria eſt volũtati. ff. quod metus cauſa. l. ij. & nullum peccatum niſi voluntarium xv. q. j. illi. In gl. argu. contra in fine. adde ibi, & in ſimilibus impediunt à promotione hoc non prohibet à ſalute. H. G.

SVMMARIVM.

1 *Quando liceat vxorem ſine peccato eijcere.*

2 *Filij illegitimi ſunt ſine patre.*

Dicat. Audi. verſi. ſcriptura. geñ. xxj. c. ad Gala. iiij. eijce. ex hoc videtur quòd Agar non fuit vxor quòd non poſſet eam eijcere ſi eſſet vxor: ſed dic quòd Agar verè

1 fuit vxor Abrahæ † ſecundum quòd non ſolum fuit eiecta ex præcepto Sarræ, ſed etiam ex præcepto domini quod intellexit Abraham cum ei dictum eſt, eijce ancillam &c. vt hic. & hoc dixit Sarra, & dominus ſubiunxit omnia, quæ dixerit tibi Sarra audi vocem eius. gene. j. & ita patet, quòd ex præcepto domini eiecit Agar. vnde non peccauit, licet vxor non fuerit ſecundum dominum. H. card. non hæres. nomen hæredis impoſuit ſenſus erit, ſoluit enim tributum authoris ſecundum Iſido. in li. ix. ethi. ſi ergo. ver. filius eſt. xxxv. q. viij. c. j. & dic filius. ſ. legitimus. ſcriptum. exo. xxxiiij. & deuter. v. Deo. i. eccleſiæ. i. abominantur ab eccleſia, & repelluntur à promotione. I. diſt. præsbyterum. extra de fil. præsby. c. j. & per totum. vel dic abominatio. i. abominabiles. i. diſplicent Deo ſi parentum ſe-

2 quantur vitia. lvj. di. § quod autem. ſecundum. H. Ioſ. † & nota quòd tales filij, ſcilicet legitimi ſecundum legem ſine patre eſſe intelliguntur. inſti. de nupt. § ſi aduerſus. ſecundum Lau. mu liere. ver. In gl. ar. ad pręſumptionem. ibi dominus adde vbi de hoc. & . xj. qõ. j. ſacerdotibus. & ibi libertatem. adde idem not. xxix. q. ij. ſi quis. Gui.

Sic non. Quòd tantum. verſi. ſ. paſcere pauperes. H. iniquitatis. xxiiij. q. v. § ſed hæ. Guid.

Quinta pars. iiij. q. cauſæ. xxxij.

ECce quòd nullo modo. Hîc incipit quinta pars quartę quæſtionis cauſæ. xxxij. in qua quæritur an ſimplex fornicatio ſit prohibita. & dicitur ſimplex fornicatio ad differentiam duplicis, videlicet adulterij, vt eſt illa, quàm committit ſolutus cum ſoluta: ſed duplex dicitur, quam committit coniugatus cum ſoluta, vel coniugata, & in ſimplici fit iniuria Deo, & nõ vxori: ſed in duplici fit iniuria Deo, & vxori, ſeu marito, & ideò illa dicitur ſimplex, & hæc eſt duplex.

Habere

SVMMARIVM.

1 *Habere concubinam vſq; ad tẽpus in veteri teſtamento prohibetur.*

Meretrices. Accedere.cum dicitur non erit mere-
trix,prohibet meretrices eſſe cum verò
dicit non erit fornicator prohibet ad meretrices accedere, &
ideò in hac authoritate deuteronomij prohibetur ſimplex for
nicatio non quælibet:ſed quę fit cum meretrice:ſed ſtatim ſup
ponit quòd omnis ſimplex fornicatio prohibetur in decalogo
1 ſaltem interpretatiuè,† licet in decalogo omnis ſimplex forni-
catio prohibeatur,tamen in veteri teſtamento permittebatur
habere concubinam,vſq; ad tempus quam poſteà cogebatur
ducere in vxorem,vel dare pretium pudicitiæ.ſed hæc promiſ
ſio non repugnat præmiſſæ authoritati:quia ibi non videtur
prohiberi ſimplex fornicatio:ſed illa tantum quæ fit cum me-
retrice.ſed alia ſimplex fornicatio,& non illa permittebatur:
præterea prohibitio,& permiſsio non ſunt contraria ſecundũ
H.prohibeť.Leuit.xviij.deuter.v.exo.xx.in decalogo.deuter.
v.exo.xx.aperte,ſed interpretatiue prohibuit.H.B.intelligi
ſolet.nã mœthia,& adulterium ſynonima ſunt.H.idem.ver.
ver.verba Gratiani.ſcripturas noui,vel veteris teſtamen.H.in
eiſdem.hoc dicit:quia in canonibus,& expoſitionibus inueni-
tur,vt.ĩ.e.q.nemo.H.locutionis.expreſſę.Lau.mœthia.i.adul
terium,ordo non poteſt ignoro &c.an inueniri poſsit vbi ſic
&c.ſed ſub.ver.intelligitur.nõ probat multum efficaciter,qd
intendit qui de facto ſuo argumentatur Hu.permiſit.Leuiti.
xix.exo.xx.à parte.i.nomen partis mœthię,quæ eſt pars.H.ꝓ-
hibitus,dum dicit non mœchaberis H In gl.ar.prohibitum.
adde adde ad hoc.xxiiij.q.j.miramur.vbi de hoc.& in fine.ad-
de de hoc.extra de decimis ex parte.&.xxvij.qõ.ij.ſunt qui.ibi
vide.Guido.

SVMMARIVM.

1 *Fornicatio ſimplex eſt prohibita.*

In eo. i propter hoc Ber &.H.finis.c.huius tantũ ad præ
miſſa ſpectare videtur principium autẽ diſtinguit
inter fidelium,& infidelium fornicationes Ru.& Ioſſ.fornica-
tor.fidelis criminis,quàm infidelis.quippe.geñ.ij.&.viij.vel
1 pro ſaltem ſecundum opus.ſecunda pars.† hîc incipit oſten-
dere fornicationem ſimplicem eſſe prohibitam authoritate
apoſtoli,quaſi dicat bene dico ꝙ fornicator peccat: quia &c.
Hu nuncupatur.ad Gala.v.c.quomodo.i.ſicut lege.exo.xxv.
& deuter.v.c.dicentis deuter.vj.&.xxiiij.dicens.in lege veteri
ſecũdum Rai.de hoc dixi.ĩ.xlij.di.§.pudicus.ibi vide.facite lo-
quitur leuiticis,& ſacerdotibus,qoibus commiſſa erat cura po
puli,& dic verecundos,vel,verendos.ſ.vt verecundia,vel timo
re ceſſent ab omni immunditia ergo à ſimplici fornicatiõe,&
ab omni illicito vſu illorum membrorum ſc.Ini.H.loco.ſ.apo
ſtoli ad gala.v.c.extraordinaria.i.extra ordinẽ coniugij.ſ.quæ
fuit cum ea,quæ non eſt coniux,& ita fuerit extra coniugem,
& contra,& extra ordinem iuris ſiue ſint contra naturam,ſiue
non.xxxv.q.iij.extraordinaria.& ſecundum hoc facit hoc.c.
ad propoſitum Gra.ſecundum.H.ſed Ioſ.exponit extraordina
rias,quæ nefandiſsimè committuntur extra ordinem naturæ:
ſed non,hoc non refertur niſi ad opera nuptiarum: nam alia
immunditia nunquàm fieri poteſt coram Deo.H.arg contra
de pœ.di.j.& venit.ver.ego autem.In gl.& ita in fine.adde ſi-
mile.xxiij.q.viij.vt pridem.Gui.

Salomon. Immoderato.iij.reg.xj.productus eſt,dicit
lex nihil eſt furore amoris vehementius,
quàm retinere philoſophię eſt perfectè mouentis,& inſilientẽ
atq; inhærentem concupiſcentiam refrenãtis,vt in auth.qui.
mo.na.effi.legiti.§.quoq;.coll.vj.fabricaret.iij.q.vij.§.vltimo.
templum.ij.paralipo.ij.&.õij.& de cõſe.di.j.c.j.In.j gl.ibi,ſe-
cundum quoſdam.adde hoc dicit:quia an pœnituerit incer-
tum eſt:licet quædam ſcripturæ apocriphę teſtentur ſcdm.H.
&in fine.adde iuxta finem.ver.ſalomon,ibi tamen nõ dicitur,
quòd pœnituit.Gui.

Liberorum. Damnatæ ſunt.ĩ.e.in fi.In.j.gl.ibi,dic
cõtra,adde hic repete quod legitur,&
notatur.ĩ.e.q.ij.quicquid.contra.Guid.

Sexta pars.iiij.q.cauſæ.xxxij.

QVare autem tales. Hîc incipit ſe
xta pars.iiij.
quæſtionis cauſæ.xxxij.in qua dicitur quòd fi-
lius ſequitur matrem maximè ſi ſit illegitimus.
Io de ſict.

SVMMARIVM.

1 *Qui dicantur filij naturales.*

2 *Filiatio qualiter probetur.*

Liberi Filij.† hîc habes,qui dicuntur filij naturales,ſed
largè omnes appellanť naturales,præter adopti-
uos,& ſpirituales,vt.xx.q.iij.§.j & not.extra qui filij ſunt legi.
per venerabilem.iuxta prin.hi.verò.ver.In.j.gl.ibi vxoris.ad-
de de illis duobus habes hîc.& ibi,adoptiui.adde de iſtis habes
ĩ.xxx.q.iij.c.j.extra de cog leg.c.vnico.& ibi,ſpurij.adde de
iſtis habes.ff.de ſta.homi.l.vulgò.& dicuntur ſpurij,quaſi de
ſpuma riualium nati.In gl.hoc verũ.ibi,ſequitur.adde ad hoc
ff.de ſenato.liberos,&.l.fœminæ.ff.ad munici.l.j.&.l.filij.vſq;
adeò quòd ſi ex Plebeio quis naſcitur prius,& poſt Decurio
fiat pater filius quoad quædam filius decurionis cenſetur,vt
nec fuſtigetur,nec in metallum detur: ſecus ſi pater decurio
prius à ſenatu motus eſt,filius enim poſt conceptus quaſi Ple
beios cenſetur.ff de decur.l.ij.ff.de pœni.l.mortis.§.iſte.C.de
nupt.imperialis.§ his prius autem concepto non ob patris de-
lictum,vt in eiſdem legibus.ĩ.j.q.iiij iam itaq; ff.de io ius vo.
adoptiuum ſecundum Laur.& in fine.adde de hoc plenè not.
extra de ſer.non ordi.c vlti.In gl.ĩ.xxviij.q in fi.adde idem te-
2 nent hîc.H Lau.& Io.de ſict.Guid.† Vtrum autem,ſeu quali-
ter probetur filiatio,ſcripſi qui fi.ſint legit.c.per tuas.in quæ-
ſtione.& in quibus neceſsitas excuſet.ſcripſi de reg.ior.c.quod
non eſt licitum in prima quæſtione.

Quinta queſtio cauſę.xxxij.

SVMMARIVM.

1 *Caſtitas corporis quæ dicatur.*

2 *Quæ ſit ſubſtantia virginitatis.*

3 *Natura per porros purgatur.*

QVuod autem. Pudicitia.Hîc intitu
latur quinta quæſtio
cauſæ.xxxij.in qua quæritur vtrum violenter
proſtituta amittat pudicitiam.& hæc quæſtio
diuiditur in.vij partes.In prima ꝓbatur quòd
caſtitas corporis,& animæ non perditur,vbi animus non con
1 ſentit.† dicitur autem caſtitas corporis incorruptio.continen
tia verò dicitur poſt corruptionem abrenuntiatio.Alij verò
caſtitatem in coniugijs ſpiritualibus,& continentiam in virgi
cõpeditorum,& hoc fit per fidutiã. Iaco.j poſtulat in fide nihil
hęſitãs flagrat bono odore per deuotionẽ corã deo, per quod ſi
gnificatur deuota oratio quæ redolet ſicut incenſum corã do-
mino & in pſalmo dirigatur oratio mea &c. Impetrat per per-
ſeuerantiã, vt.ĩ.c.importuna.& Lucę.xj. Nota ꝙ oratio debet
eſſe incenſa recta & efficax quod no.in illo verſ. pſalmi. ad do-
minũ cum tribularer &c. per hoc quod dixit clamaui notatur
anxia & intenſa, per hoc quod dicit ad dominũ, notatur ꝙ re-
cta per hoc quod dicit & exaudiuit me, notatur ꝙ efficax, &
adde quod dixi. xlix.diſt. ecce.& .vj.q.j.imitare.ĩ.eo.nõ ſufficit
in verbo ieiunijs. dimitte.& quo ad reatum,& quo ad pœnam.
H. Matth.vj. debita.i.peccata. H.ea.mortalia & venialia. Hug.
parua. quia venialia,& parua dicuntur reſpectu mortalium. P.
ſubrept.i.latenter ſubintrant. opprimunt. verũ eſt, ſi ipſa venia
a contemnantur grande peccatum. in li. etiam ſententiarũ,† dici
tur quòd venialia multiplicata ita poſſunt obruere ſicut vnũ
mortale. Sed hoc dictũ intelligitur per occaſionem nõ per cau-
ſam. quia aſſuetudo venialium facit cadere in mortale, ſicut aſ
ſuetudo iurandi in periurium. Et no. quòd in numero actus ve
nialis non poteſt fieri mortale: ſed idẽ in ſpecie poteſt,& ſic in-
telligitur verbum. Aug. qui dicit ꝙ nihil adeo veniale eſt quòd
non poſſit fieri mortale. placet. vt. xxv. di.§ criminis. hoc enim
relatiuum quod facit ibi relationem ſimplicẽ. ſ. eiuſdem io ſpe-
cie & non perſonalem ſ. eiuſdem in numero. P. quid enim. ver.
grandi fructu. per quẽ intelligitur mortale peccatum. H. vanis.
cordis. in ſentinam. eſt locus concauus nauis, vel profunditas,
vel locus fœtidus, ad quem concurrunt ſordes nauis. propter
hoc. ver. in quibus. ſ. orationibus dimitte. ĩ. eod. diſt. iij. de coti-
dianis. ¶ In glo. illa multa. ibi. dum placet. adde, vt. xxv. diſtin.§.
nunc autem. ver. criminis. vbi de hoc. Guido. Et adde quod le-
gitur & no. xxv. di. nunc autem. ver. criminis.

Sexta pars principa. j. diſt. de pœ.

SVMMARIVM.

1 *Peccati, & iniquitatis differentia.*

SI peccatum. Hîc incipit. vj. pars prin
cipalis primæ diſtinctio.
de pœnit. in qua dicitur quòd licet peccata, per
confeſſionem & contritionem tollantur rema-
net tamen pœna in hac vita, vel in purgatorio
tollanda, niſi eſſet ibi ſumma cõtritio, de conſe. di. iij. c. baptiſ
mi vicem. Io. de ſic.& no. quòd iſtud. c. inducitur. ad probandũ
ſecundam actionem pœnitentiæ, de qua eſt facta mentio. ĩ. c.
proxi. Pe. Dauid. ij. Reg. xiij. tranſtulit. ij. Reg. xij. tanta tollera
uit. quia fuit fugatus de regno. ij. Reg. xij. xvj. xvij. xviij. xix. c.
Sed proculdubio. ver. pœnitens. i. ſufficienter. H. punit. iudicio
ſacerdotis. nequaquã. ver. tranſtulit. à te. ſic & nos. verſ. ſalutis.
vnda. i. ſacramento baptiſmi. à culpa. i. ab originali peccato. ab-
ſoluũtur quoad reatum pœnæ æternæ. H. reſecat. i. punit tem
poraliter. H. laxat. i. dimittit.& delet quoad reatum. H. prouide
re. i. punire. H. ¶ In. j. glo. ibi peccatum. adde. ſ. adulterij & ho-
micidij, hæc hyſtoria recitari conſueuit. l. di.§ econtra. P. ¶ In
glo. peccatum. ibi. facere. adde, vel dic, vt. xv. q. j.§. ſed & hoc in
1 fine.& io fine, adde† poteſt dici, quòd peccatum ad prolationẽ
corporis refert iniquitas verò, ad mentis acerbitatem præcedit
iniquitas, ſequitur peccatum ſed grauior eſt iniquitas, tanquã
materia peccator dicitur qui per actione fœdatur. Omnis pec-
cator immundus. non omnis immundus peccator, peccator à
pellice. i. à meretrice vocatur. q. pellicator, quod nomẽ antiqui-
tus flagitiorum fuit, poſt verò trãſiuit in appellatione omniũ
iniquorum. item peccatum quod admittitur piaculum, quòd
admiſſum expiatur, peccati, ſicut iniquitatis tres ſunt ſpecies,
verbi, opis, conſuetudinis, ſecundum Papin.& adde quod not.
ĩ. ea. diſt. ij. ſi enim. verſi. Petrus.& quod legitur & no. ĩ. ea. di.
iij. ille rex. In gloſſa id eſt propter in fine. adde de conſecra. diſt.
iij. non ex quo. Guid.

SVMMARIVM.

1 *Differentia inter facinus: & flagitium.*
2 *An idem actus & bonus & malus eſſe poſſit.*
3 *Voluntas & actus, an ſint duo peccata.*
4 *Peccata mortalia, & venialia quæ dicantur?*
5 *De gradibus & quantitate peccati.*
6 *An perſonæ magnitudo peccatum augeat.*
7 *Multæ de ſpeciebus peccati quæſtiones.*
8 *Multæ quæſtiones de ſeditione.*
9 *Exemplum elegãs de ſeditione.*
10 *Cauſa ſibi contrarium effectum non parit,*
11 *Papa quæ crimina punire poſſit.*
12 *Vt quis dicatur ſeditioſus, quæ requirantur.*
13 *Verba legum cum effectu debent intelligi.*
14 *Verba reſtringuntur potius in pœnarum materia quàm extendantur:*

Sicut. primi poſtea. i. poſt perpetratum delictum Hugu.
ſanguine. i. per fidẽ paſſionis Chriſti. Hu. mater vel
iudicio aliàs ſupplicio caro. i. peccatrix vel in qua eſt cã pecca
ti. H. mortẽ. ſ. corporis de ꝓpagine. i. de originali peccato. Hu.
qd p cauſam eſt traductũ & propagatũ à primis parẽtib⁹. P. ta
le. ver. regnorũ. ij. xj.& . xij. propheta Nathã miſſus. ij. regũ. xij.
1 cõfeſſiõi. interiori. H. flagitiũ† quoad adulteriũ. facin⁹. quoad
homicidiũ. H. humiliareſ. ij. regũ. xv. xvj. xvij.& . xviij. humilia
reſ. i. affligereſ. quare ver. commoatus. ei mala ſubſecutũ. ver.
humilitate. i. afflictione. H. exercetur. ſi patientiam haberet,&
ſic etiam. ver. exercendũ. i. propter exercendum exercitium,&
experimentum iuſtitiæ. Hu. In gloſſa eo modo in fine. adde
tunc enim erat homo potens non mori, ſed potius reſurrectio
nem non poteris mori. P. videas quod legitur & no. de conſe.
di. iij. placuit. In gloſſa Hîc reſpondet io fine. adde & infra di-
ſtinctione ſexta capitulo primo verſiculo ideoque & ſecunda
quæſtione prima. votum. ibi dixi videas In gloſſa argumento.
quòd in fine. adde & trigeſima prima diſtinctione. ſi laicus. vbi
de hoc Guido. Ad declarationem gloſſæ proximæ præcedenti
& etiam huius canonis,& eorum quæ ſcripſi in. cap. proximè
præcedente, de iudicijs,& conditionibus peccatorum, aliqua
2 ſecundum theologos videamus.† Primò ergo quæritur vtrũ
vnus,& idem actus poſſit eſſe bonus & malus. reſpondeo ſe-
cundum Petrũ, in ſcrip. ſuper ſecũdo ſnlarum. di. xl. dicendũ ꝙ
non. ſi enim accipiatur vnus actus, prout eſt in genere morali,
vel morum ſiue ſit actus interior, ſiue exterior. impoſſibile eſt
quòd ſit bonus,& malus bonitate & malitia morali, quæ ſunt
differentiæ oppoſitæ, poteſt tamen contingere, quòd actus ali
quis exterior, vnus vnitate naturæ ſit bonus,& malus, ſecun-
dum diuerſas ſui partes vna ambulatio cootinua ad eccleſiam
mutata, ſi intentione, quia tunc efficitur multiplex in genere
morum. idem dicit Thomas in ſumma in prima parte ſecun-
3 dæ quæſtione vigeſima articulo ſexto.† Præterea vtrum volũ
tas,& actus exterior, ſint vnum peccatum vel duo. reſpondeo
ſecundum Petrum in ſcrip. diſtinctione quadrageſima ſecun-
da dicendum quòd de peccato voluntatis interioris & operis
exterioris contingit loqui dupliciter. vno modo prout ſunt
coniuncta & coordinata, vt cauſa & effectus,& ſic ſunt vnum
peccatum formaliter, licet plura materialiter, quia vna eſt ra-
tio deordinandi, licet plura deordinata alio modo prout ſepa
rata, ſecundum tempus,& ſic ſunt diuerſa peccata, quia diuer-
ſæ aduerſiones,& conuerſiones, vnde ſunt plures rationes de-
ordinãdo,& plura deordinantur. vt. d. libro ſecũdo ſentẽtiarũ.
4 † Secundò quæritur quæ dicuntur peccata mortalia,& quæ
venialia & primo quæ dicuntur mortalia. reſpõdeo ſcdm Ray
§. xxij. ſi autem quæras circa hoc nominare põt in primis mor

taſlia peccata, omnes tranſgreſsiones decalogi. Item quædã enumerantur ab apoſtolo Ro.j.ſ.idololatria, vitiũ contra naturã, iniquitas malitiæ, fornicatio, auaritia, nequitia, inuidia, homicidiũ, contentio cõtumelia, ſuperbia, elatio, malorũ inuentio, inobedientia, inſipientia incõpoſitio, quibus adiungit illos, qui ſunt ſine affectione, abſq; fœdere, & ſine miſericordia de omnibus iſtis ſubiũgit apoſtolus, ꝙ qui talia agũt digni ſunt morte. Item epiſtola ad Gala.v.ait manifeſta autẽ ſunt opera carnis, quæ ſunt fornicatio, immũditia, impudicitia, luxuria, auaritia, quod eſt idolorum ſeruitus, veneficia, inimicitię, cõtentiones, emulationes, iræ, rixæ, diſſentiones, ſectæ, inuidiæ, homicidia, ebrietas, commeſſationes, & his ſimilia, quæ prædico vobis, vt prædixi: quoniam qui talia agunt regnum Dei non conſequuntur. Multa enim enumerat Aug. mortalia. diſt. xxv. §. criminis. vbi dicit, quòd mortalia ſunt hæc, ſacrilegium, homicidium, adulterium, fornicatio, falſum teſtimonium, rapina, furtum, ſuperbia, inuidia, & ſi longo tempore tenetur iracundia, & ebrietas ſi aſsidua ſit eorum numero computatur quicunq; aliquod de iſtis peccatis in ſe dominari permiſerit niſi dignè pœnituerit æterno igne cruciabitur, hæc omnia. Aug. Sed iſta quæſtionibus ſequentibus in ſpeciali cum agetur de quolibet vitio, plenius declarabitur. Prætereà, quæ dicuntur peccata venialia. reſpondeo ſecundum Aug. diſt. xxv. §. aliàs qui ſic ait, quę autem ſunt minuta peccata, licet omnibus nota ſint tamen quia longum eſt, vt omnia replicentur opus eſt, vt ex his, vel aliqua nominemus. Quoties aliquis in cibo, vel potu plus accipit, quàm neceſſe eſt ad peccata minuta nouerit pertinere. Et quoties, plus loquitur quàm oportet plus tacet, quã expedit. Quotiens pauperem importune petentem exaſperat, quotiens cũ ſit corpore ſanus, alijs ieiunantibus prandere voluit aut ſomno deditus, tardius ad eccleſiam ſurgit, quoties excepto filiorum deſiderio, vxorem ſuam cognouerit, quotiens in carcere poſitos tardius requiſierit, infirmos tardius viſitauerit. Si diſcordiam, ad cõcordiam reuocare neglexerit. Si plus aut proximum, aut vxorem, aut filium, aut ſeruum exaſperauit quã oportet. Si amplius fuerit blanditus, quàm oportet. Si cuicunq; maiori perſonæ ex voluntate, aut ex neceſsitate adulari voluerit. Sed pauperibus eſurientibus nimium delicioſa, vel ſumptuoſa conuiuia præparauerit. Si ſe cum fuit in eccleſia, aut extra eccleſiam fabulis otioſis de quibus in die iudicij ratio reddenda eſt, occupauerit. Si cum iocantes incautè iurauimus, & cum hoc per aliquam neceſsitatem non implere potuimus, vtiq; peieremus, & cum omni facilitate vel temeritate maledicimus hæc omnia Aug. tamen inferius plura de his in quæſtionibus ſpecialibus, perfectius elucidabuntur. † Tertiò quæritur, qualiter ſunt attendendi gradus, ſiue quantitas in peccatis. Reſpondeo ſecundum Ray. §. xlvij. de ſecundo. ſ. de gradibus. & ſecundum Hoſt. §. v. de quibus peccatis. ſub §. actuale. ſed peccatum habet dicũtur eſſe gradus in peccatis, dicitur vno modo circa idem peccatum quod dicitur grauius vel leuius ſecundum plures vel pauciores vel debiliores circunſtantias: & intelligas idem peccatum, quando ex circunſtantia non mutat nomen peccati. ſ. fornicatio cum coniugata dicitur adulterium, alio modo inter diuerſa peccata circa idem vtputa ſi clericus vel laicus eandem mulierem cognoſcat, grauius enim in vno quàm in alio iudicatur extra de vita & ho. cle. vt clericorum mores. Sed & idem peccatum in eandem perſonam in cõſenſu malum eſt, in facto peius in conſuetudine peſsimum æſtimatur: vnde Aug. ſic dicit tribus gradibus ad peccatum peruenitur. ſ. ſuggeſtione. delectatione conſenſu, ita ipſius peccati ſunt tres differentiæ & in corde & in facto & in cõſuetudine, tanquã tres mortes. ſ. in domo extra portam & in ſepulchro. de pœni. di. ij. ſicut. & ad idem in. c. inter hoc. Sciendum eſt, quòd aliud eſt quod animus de tentatione carnis patitur, & aliud pro quo conſenſus & deſiderium delectatur, & ita nequaquã mẽtem cogitatio immunda inquinat cum pulſat ſed cum hanc ſibi per delectationem ſubiugat. Item ſecundum Grego. peccatum tribus modis committitur, nam aut ignorantia aut infirmitate aut ſtudio perpetratur & grauius quid infirmitate, quàm ignorantia. Sed vltimo grauius ſtudio quã infirmitate peccatur. de pœni. diſtin. ij. ſciendum quippe. Sed videtur huic contradicere Ambroſius, dicit grauiter peccãt, qui ſibi promittit impunitatem, grauius qui contemnit grauiſsimè qui ignorat. Sed dic quòd illud dicitur ad terrorẽ vel expone grauiſsimè. i. periculoſiſsimè quia ſpecialis pœnitentia non agitur de peccato quod ignorat. Vnde Ioan. Chryſoſtomus. nullum inuenitur delictorum tale remedium ſicut eſt continuata memoria, de pœni. diſtinc. iij. Iudas. & hoc intelligas cum recordatur ad contritionẽ, & ad delectationem. Item diuerſa verò peccata habet peccatum, ſecundum gradus ſuos, primo inter peccata eiuſdem generis ſicut adulterium & inceſtus, ſecundo inter peccata diuerſorum generũ. Item peccata eiuſdem generis, dicitur vnum peccatum maius altero. Vnde Aug. adulterij malum fecit fornicationem, vincitur verò ab inceſtu, peius eſt enim cum matre quàm cum vxore concubere aliena, ſed omnium horum peſſimum eſt, quod contra naturam fit, vt ſi vbi membro mulieris, non ad hoc conceſſo vti voluerit, vſus enim naturalis ſed vltra modum. Gloſ. tamen citra dei contemptum & mandatorum eius, aliàs eſſet mortale, prolabitur in vxore quidem veniale eſt, in meretrice dãnabile: iſte autem qui eſt contra naturam inexecrabiliter fit in meretrice, ſed execrabili' in vxore. xxxij. q. vij. adulterij. ſed inter diuerſorũ generum peccata, dicitur vnum alio grauius: ſicut homicidium grauius eſt, quàm adulteriũ ſecundũ Aug. xxxiij q. iij. ſi quod verius, ſimiliter ſacrilegium quã fractio voti. xvij. q. iiij. ſicut qui. Gloſ. dicit hic quòd alia litera habet, hic in Ray. quæ verior eſt, ſimiliter ſacrilegiũ, & fractio voti grauiora ſunt, quàm adulteriũ. Item de hoc. xxvij. q. j. nuptiarum vbi dicitur quòd lapſus à caſtitate ſuperiore, quę mouetur deo adulterio peior eſt, alia etiam peccata inueniri poſſunt, maiora adulterio: nec obſt. dictum clemẽtis. xxxij. q. vij. quid in omnibus peccatis grauius adulterio eſt &c. quia illud quod non infert negationem ſed charitatem. q. d. de facili non inuenitur,
6 vel expone grauius, id eſt cõmunius. † Quartò quæritur, vtrũ magnitudo perſonę peccantis peccatum aggrauet? Reſpõdeo ſecundum Tho. in ſumma. in prima parte ſecundæ queſtionis. lxxiij. articulo. x. dicẽndum quòd peccatũ quod fit ex ſurreptione perueniẽs ex infirmitate humanæ naturæ & tale peccatum minus imputatur ei, qui eſt maior virtute, eo quòd minus negligit huiuſmodi peccata reprimere quæ tamen omnino ſubterfugere infirmitas humana non poteſt: alia autẽ peccata, quę ex deliberatione procedunt tanto magis alicui imputantur, quanto maior eſt, & hoc põt eſſe propter quatuor primo quidem quia facilius reſiſtere poſſunt peccato maiores, puta qui excedunt in ſcientia & virtute. Vnde dominus Matth. xxv j. dicit quòd ſeruus ſciens voluntatem domini ſui, & nõ faciens plagis vapulabit multis. Secundo propter magnitudinem quia omne bonum, quo quis magnificatur beneficium Dei eſt, cui homo ingratus fit peccando, & quantum ad hoc qualibet maioritas etiam in temporalibus bonis peccatum aggrauat, ſecũdum illud Sap. vj. potentes. potenter tormenta patiuntur. Tertio propter ſpecialem repugnantiam actus peccati ad magnitudinem perſonæ: ſicut ſi princeps iuſtitiam violet quæ ponitur iuſtitiæ cuſtos & ſi ſacerdos fornicetur qui caſtitatẽ vouit, & alios ad hoc hortari debet. Quarto propter exemplũ ſiue ſcãdalũ: qa vt Greg. dicit in paſtorali in exemplũ culpa vehemẽter extendit quãdo pro reuerẽtia ordinis peccator honorat ad plotiõ etiã notitiã perueniũt peccata magnorũ, & magis ea homines ferũt indignè ſecũdũ fratrẽ Io. in ſum. cõf. li. iij. arti. xxxiij. q. C. xcix. v. q. ibi ſeq. † Vbi reperies in ſpecie motas, atq; proſequutas quã plurimas quæſtiones, de diuerſis ſpeciebus peccatorũ. Et primo de infidelitate, ſecũdo de blaſphemia, tertio de cæcitate, & hebetitudine mẽtis, quarto de ſeparatione, quinto de præſumptione, ſexto de inimicorũ odio vel amore & offenſæ remiſsione, & charitate dilectione & odio, ſeptimo de accidia, octauo de inuidia, nono de diſcordia contẽtiõe, & rixa ac ſeditione. x. de ſtultitia, & negligẽtia. xj. de carnis prudentia. xij. de aſtutia, & de ſolicitudine tẽporaliũ. xiij. de iniuſtitia, ac mala, vel bona interpretatione dubiorum. xiiij. de acceptione perſo-

ne perſonarum,& maximè propinquorum.xv.de contumelia. xvj. de ſuſurratione. xvij. de deriſione.xviij. de maledictone. xix.de hominum.vel demonũ, aut irrationabiliũ creaturarum adiuratione,& de pietatis operum,propter religionem omiſſione.xx. de ingratitudine.xxj. de hypocriſi & ſimulatiõe.xxij. de iactantia.& de ironia.xxiij.de adulatione & hominis laudatione,ac voluntate placendi homini.xxiiij de timore,& timiditate.xxv. de præſumptione.xxvj. de ambitione , & de inani gloria,& appetitu ipſius.xxvij de puſillanimitate,& mollicie, & de nota pertinace.xxviij. de delectatione , & eius conſenſu, & de oſculu tactibus & amplexibus.xxix. de ira xxx. de ſuperbia,humilitati contraria. xxxj. de curioſitate,& de ludis, & de choreis & de cytharis, & de veſtibus,& ornatibus ac cultibus earundem & de fuſcationibus & figmentis mulierum.xxxij de Epiſcopis proprias eccleſias delinquentibus & de curris & occupationibus ipſorum Epiſcoporum : quas quæſtiones volui hîc ſignare ad memoriam ſtudentium , vt de his ſcient & poſ-
8 ſint recurrere ad locum prædictum. ¶ Quintò quçritur ſpecialiter de ſeditione de qua ſupra mẽtionem feci. pro eo quòd de ea fit hodie magna quæſtio Auenione. Et primo , nunquid ſeditio ſit ſpeciale peccatum,ab alijs diſtinctũ. Et videtur quòd nõ,quia vt Iſidorus in etymologiarum dicit ſeditioſus eſt, qui diſſentionem animorum facit,& diſcordias gignit ſed ex hoc, quòd aliquis aliquod peccatum procurat non peccat aliquo peccati genere niſi illo quo procurat,ergo videtur qoòd ſeditio noo ſit ſpeciale peccatum à diſcordia diſtinctum. Præterea ſeditio,diuiſionem quandam importat.ſed nomen etiam ſciſmatis ſumitur à ſciſſura,vt ſupra dictum eſt ergo peccatum ſeditionis,non videtur eſſe diſtinctum à peccato ſciſmatis. Prætereà omne ſpeciale peccatum,ab alijs diſtinctũ vel eſt vitium capitale,vel ex aliquo vitio caſuali oritur:ſed ſeditio neq, cõputatur inter vitia capitalia neq; inter vitia quæ ex capitalibus oriuntur,vt patet in.xxxj.moral. vbi vtraq; vitia numerantur,ergo ſeditio non eſt ſpeciale peccatũ ab alijs diſtinctum ſed contra eſt quòd.ij.ad Corin.xij.ſeditiones.ab alijs peccatis diſtinguntur. Reſpondeo dicẽdum quòd ſeditio eſt , quoddam peccatum ſpeciale quod quãtum ad aliquid conuenit,cum bello & rixa,quantũ autem ad aliquid differt ab eis:conuenit quidem cum eis,in hoc quod importat quandam cõtradictionem differt autem ab eis in duobus , primo quidem quia bellum & rixa important mutuam impugnationem in actu. Sed ſeditio poteſt dici,ſiue fiat huiuſmodi impugnatio in actu ſiue ſit præparatio ad talem impugnationem vnde glo.ij. ad Corint.xij. dicit quòd ſeditiones ſunt tumultus ad pugnam,cũ ſcilicet aliqui ſe præparant,& intentant pugnare. Secundo differũt,quia bellum proprie eſt contra extraneos & hoſtes, quaſi multitudinis ad multitudinem Rixa autem eſt vnus ad vnum,vel paucorum ad paucos. Seditio autem propriè eſt inter partes vnius multitudinis,inter ſe diſſentientes puta cum vna pars ciuitatis excitatur in tumultum contra aliam , & ideo ſeditio quia habet ſpeciale bonum,cui opponũtur.ſ.vnitatem,& pacem multitudinis de ſpeciale eſt peccatum. Ad primũ ergo dicendum, quòd ſeditioſus dicitur,qui ſeditionem excitat , & quia ſeditio quandam diſcordiam importat,ideo ſeditioſus eſt, qui diſcordiam facit non quancunq;. ſed inter partes alicuius multitudinis,peccatum autem ſeditionis oon ſolum eſt in eo, qui diſcordiam ſeminat,ſed etiam in eis qui inordinate abinuicẽ diſſentiunt. Ad ſecundum dicendum quòd ſeditio differt à ſciſmate, in duobus primo quid,quia ſciſma opponitur ſpirituali vnitati multitudinis ſ.vnitati eccleſiaſticæ. Seditio autem opponitur temporali vel ſeculari multitudinis vnitati , puta ciuitatis vel regni. Secundo quia ſciſma non importat aliquam, præparationem ad pugnam corporalem,ſed ſolam importat diſſenſionem ſpiritualem,ſeditio autem importat præparationem, ad pugnam corporalem. Ad tertium dicendum quòd ſeditio, ſicut & ſciſma ſub diſcordia continetur: vtrunq; enim eſt diſcordia,quædam non vnius ad vnum,ſed partium multitudinis ad inuicem ſecundũ beatum Tho. in ſecunda ſecundę quæſtione.xlij.articulo primo. Secundo circa hoc quæritur vtrum ſeditio ſemper ſit peccatum mortale,videtur quòd nõ , ſeditio enim importat tumultum ad pugnam vt patet per glo.ſ.inductam.ſed pugna non ſemper eſt peccatum mortale , ſed quandoq; eſt iuſta & licita vt.ſ.habitum eſt.ergo multo magis ſeditio poteſt eſſe abſq; peccato mortali. Prætereà ſeditio eſt diſcordia quædam vt dictũ eſt,ſed diſcordia poteſt eſſe ſine peccato mortali,& quãdoq; etiam ſine omni peccato , ergo etiam ſeditio. Prætereà laudantur,qui multitudinem à poteſtate tyrannica liberant. Sed hoc de facili non poteſt fieri ſine aliqua diſſentione multitudinis , dum vna pars multitudinis nititur retinere tyrannum.alia verò nititur eum abijcere,ergo ſeditio poteſt fieri ſine peccato. Sed contra eſt quod apoſtolus .ij. ad Corin xij.prohibet ſeditiones inter alia quę ſunt peccata mortalia,ergo ſeditio eſt peccatum mortale. Reſpondeo dicendum quòd ſicut dictum eſt ſeditio opponitur vnitati multitudinis, id eſt populi ciuitatis vel regni. Dicit autem Auguſti.xxj.de ciuitate dei.quòd Papa determinauit ſapientes, non omnẽ cœtum multitudinis,ſed cœtum iuris conſenſu,& vtilitatis commune ſociatũ. Vnde matrimonium eſt vnitas , cui opponitur ſeditio eſſe vnitatem iuris & communis vtilitatis , matrimoniom eſt ergo quòd ſeditio opponitur & iuſtitiæ & communi booo,& ideo ex ſuo genere eſt peccatum mortale,& tanto grauius quanto bonum commune quod impugnatur per ſeditionem maius eſt,quàm bonum priuatum , quod impugnat per rixam. Peccatum autem ſeditionis primo quidẽ & principaliter pertinet ad eos,qui ſeditionem procurant,qui grauiſſime peccant. Secundo autem ad eos,qui eos conſequuntur perturbantes bonum commune: illi verò qui bonum cõmune defendunt,eis reſiſtentes non ſunt dicendi ſeditioſi , ſicut nec illi qui ſe defendunt,dicũtur rixoſi vt ſupra dictum eſt. Ad primũ ergo dicendũ quòd pugna quę eſt licita ſit pro communi vtilitate ſicut.ſ.dictum eſt,ſed ſeditio fit contra commune bonum multitudinis,vnde ſemper eſt peccatum mortale. Ad ſecũdum dicendũ quòd diſcordia ab eo quod non eſt manifeſtè bonum poteſt eſſe ſioe peccato,ſed diſcordia ab eo quod eſt manifeſtè bonum non poteſt eſſe ſine peccato,& talis diſcordia eſt ſeditio quę opponitur vtilitati multitudinis,quę eſt manifeſtè bonum. Ad tertium dicendũ quòd regnum tyrannicum non eſt iuſtum,quia non ordinatur ad bonum commune: ſed ad bonũ priuatum regentis,vt patet per philoſophum in tertio politicæ,& in.viij Ethic.& ideo perturbatio huiuſmodi regiminis, non habet rationem ſeditionis,niſi fortè quando ſicut inordinate perturbatur tyranni regnũ,quòd multitudo ſubiecta maius detrimentum patitur,ex perturbatione contrahẽti , quàm ex tyranni regimine: magis autem tyrannus ſeditioſus eſt , qui in populo ſibi ſubiecto diſcordias & ſeditiões mittit, vt tutius dominari poſſit,hoc enim tyrannicum eſt,cum ſit ordinatum ad bonum proprium præſidentis,cum multitudinis nocutoriũ ſecundum Thomã. Sextò quæritur quæ ſit pœna iſtius criminis,& vtrum ſeditioſus ſit pœna capitali morte videlicet naturali quæ dicitur vltimum ſupplicium puniendus. Et videtur ꝙ ſic per ea quæ notauit Azo in ſumma. C.de ſeditioſis. vbi dicit ſic,ſeditionem facere eſt,quaſi ſacrilegium cõmittere vnde crimen læſæ maieſta.quod eſt proximum ſacrilegio committitur ſi fiat ſeditio Romæ.vt.C ad leg.iu.ma.l.j.Si autem fiat in alijs locis patitur quis capitalem pœnam.ſ.mortẽ.vt.C. de ſeditio. l.j.&.ij.ſecũdũ Azo.vbi.ſ. Item pro hoc facit.l.j.C. de ſeditio. vbi dicitur.ꝙ ſi quis contra euidentiſſimã iuſſionem ſuſcipere plebẽ,& aduerſus publicã diſciplinã defendere fortaſſe tentauerit mulctã grauiſſimã ſuſtinebit. Et exponit gl. grauiſſimã.ſ.mortẽ.ff.de pœn.l.vlti . Prætereà pro hoc facit quod notat Hoſti.de teſti.cogẽ.c.vlt.ſuper verbo.coniuratione. in ver. ſed & ſi quis dicens,ꝙ ſi quis cõtra aliquẽ tumultũ fecerit,vel ſeditioſis voces emiſerit capitalis eſt pœna.C. de his q ad eccleſiã confugiunt.l.denunciamus.C.de ſeditio.l.j.ff.de pœn.l.aut facta.j.reſpõ.&.l.ſi quis aliquid.§.authores ſeditionis C.de epi. & cle.l.conuenticula.ff.de iniur.l. prætor ait.ff.ad.l.iul. ma.l.j.ff. de vi publica.&.l.q cœtu.in quibus inuenies,ꝙ nec turbã , nec cõuentũ debet aliquis congregare qa omnia talia ſunt ꝓhibita

niſi probentur cõceſſa, vt. ff. de collegijs illici. l. iij. ſecũdũ Hoſt. vbi. ſ. Ruſus, pro hoc videtur eſſe textus § de his qui ad eccle. confu. l. denunciamus. in fi. in ver. ſciant ſane oẽs. vbi dicit tex. ſciant ſanè omnes, quòd ſi quis contra huius edicti normã, aut agere aliquid, aut ſeditionem mouere tẽtauerit, vltimo ſupplicio ſubiacebit. In contrarium videtur, quia textus. ff. de pœn. l. ſi quis aliquid § authores ſeditionis. ſic dicit, quòd authores ſeditionis & tumultu populos concitantes, pro qualitate dignitatis, aut in furcam tolluntur aut beſtijs obijciuntur, aut in inſulam deportantur: nam cum textus alternatiuè deſignet iſtas pœnas quas dicit pro qualitate dignitatis æſtimandas, non dicam pro ſimplici ſeditione maiorem pœnã, ſed minorem potius infligendam, niſi immanitas ſeditionis, aut perſonę conditio aliud inducat. arg. ff. de pœn. l. in ſeruorum. Præterea pro hoc facit textus. ff. de pœn. l. capitalium § ſolent. quidam vbi dicit textus ſic. Solent quidam, vulgo ſe iuuenes appellant in quibuſdam ciuitatibus turbulentibus acclamationibus, plurimarum ſe accommodare, qui ſe amplius nihil amiſerint, nec ante ſint à præſide admoniti fuſtibus cæſi dimittuntur aut ſpectaculis eis interdicitur: quòd ſi ita correcti in eiſdẽ deprę̃hendantur exilio puniendi ſunt nonnunquã capite plectendi. l. cum ſæpius ſeditioſo, & turbulenter ſe geſſerint. Et aliquotiés appræhenſi tractati clementius, in eadem temeritate propoſiti perſeuerauerint. per quẽ textum ſatis apparet manifeſtè, quòd ſimplex ſeditio de per ſe conſiderata pœnam capitalem non requirit, & pro hoc facit. ff. ad leg. corne. de ſicca. l. iij. § alio. Et facit, quia in pœnis nõ eſt dura ſeu amara ſed potius benigna interpretatio facienda. j. eo. diſt. pœnę &. ff. de pœni. l. ſi prę̃ſes. & l. interpretatione. & extra de reg. iur. c. in pœnis. & per cõſequẽs non maior, ſed minor pœna, in dubio eſt recipienda per prædicta iura. Et facit qa hodie pœnæ ſunt arbitrariæ. vt. ff. de pœn. l. hodie. Cum ergo textus diuerſas pœnas enumerent, & aliter non determinent arbitrio iudicis hoc relinquunt. arg. de offi. delega. de cauſis. qui debet in dubio arbitrari de minori pœna per prædicta iura. Et pro hoc per prædictum modum faciunt ea quæ ſcripſi poſt Guido. xlvj. diſt c. ſeditionarios. circa prin. & de immu. eccle. c. decet. lib. vj. in tertia quæſtione. in quibus locis nullo modo videre omittas. Quid dicendum? certe tota hæc materia videtur mihi eſſe arbitraria, & iuxta diuerſitatẽ ſeditionum cauſarum & perſonarũ aliter, & aliter diſtinguenda, vt poteſt ex inſpectionibus prædictorum iurium ſatis liqui de apparere. Circa hoc tamen taliter, vt videtur potes diſtinguere, quia aut quæritur de ſeditione facta contra principem, aut contra ſuũ, vel ſuæ reipublicæ, aut ſuorũ magiſtratuũ, ſeu officialium maiorũ ſtatum, & tunc dici poteſt, quòd etiam ſola machinatio ſeditionis cõmittendæ inducit crimen læſæ maieſtatis capitaliter, vltimo ſupplicio puniendum. vt. ff. ad leg. iul. maieſt. l. j. ibi. quove cœtus conuentus ve, fiat homines ve, ad ſeditionem conuocentur. & in verſibus ibi ſequentibus. & eo. tit. C. l. quiſquis. Et ſic poteſt intelligi. l. denuntiamus. C. de his qui ad eccle. cõfir. & l. j. C. de ſeditio. Aut loquimur de alia ſeditione. & tũc aut illa alia ſeditio ſtetit in criminis ſimpliciũ acclamationum, nec tendebat cõtra commune bonum ciuitatis, vel loci ſeu ad illius communis, & publici boni notabilem immutationem. & tunc pœna nõ eſt capitalis niſi propter malam aſſuetudinem, ſed potius eſt arbitraria cenſenda, & ſic intelligo. l. capitalium § ſolent quidam. ff. de pœn. Aut talis ſeditio tendit contra commune bonum, & ad notabilem illius reimmutationẽ. Et tũc aut ſtetit talis ſeditio in ſolis ſecretis tractatibus abſq; opere ſubſecuto, ad extra pro eo videlicet, vel quia tales pœnituit hoc delictum vel quia non plenè, nec deliberatè concluſerunt illud attentare, vt alias & tunc ſatis putarem quòd tales non eſſent vltimo ſupplicio plectendi, & quòd ſatis ſufficeret relegatio ciuitatis niſi ex conditionibus tractatuum, aut perſonarum aliud diceretur, & ſic intelligi poteſt. l. ſi quis aliquid § authores ſeditionũ. ff. de pœ. Aut tales ſeditionarij, ad extra proceſſerunt, & attentarũt, quantum in eis fuit populum tumultuantem, congregando ſed non præualuerunt minus, quę cito diſcooperti, & impediti fuerunt, & tunc puto tales vltimo ſupplicio puniendos. arg. ſ. eo. diſtin. l. ſi quis non dicam rapere. & l. ſi quis cum telo. Et ſic poſſunt intelligi. l. denuntiamus. C. de his qui ad eccle. confu. & C. de ſeditioſis. l. j. & quæ ſcripſi. ſ. poſt Azo. & Hoſtiẽ. Et pro hac diſtinctione bene faciunt ea quæ ſcripſi circa illud generale brocardum. Videlicet vtrum conatus opere non completo, tantũ puniatur, quantum ſi opus completum fuiſſet. quod dic vt ſcripſi pleniſsimè. in. c. j. de eo qui mit. in poſſeſ. in primis ſex quæſtionibus & ali-
9 quid etiam de hoc tetigi extra de biga. c. nuper. † Sequitò quę ritur, pone ſuppoſita ſubſtractione obedientiæ facta domino Benedicto Papæ. xiij. qui tẽpore ſubſtractiõis huiuſmodi erat dominus ciuitatis Auenionen. in ſpiritualibus, & temporalibus. Aliqui de ciuibus Auenionen. vt poſſent dictũ dominum Benedictum reducere ad dominium & obedientiam ciuitatis Auenionen. tractarunt contra dominos cardinales, qui tunc dominabantur ciuitati & ciues Auenionen. de commotione populi, & ſeditione ciuitatis cum comminationib' conſuetis & ordinarunt inter ſe, quòd haberent certum numerum pugnatorum in certa ciuitatis platea congregatum, & quòd facerent publicè proclamari viuat Papa Benedictus, & libertas ciuitatis, & moriatur gabella. Et inter ſe condixerunt, quòd cardinales caperentur, & ligati ad Papam Benedictum infra palatium ducerentur, & quòd omnes ſibi reſiſtentes interficerentur. Et ſpecialiter quòd duo cardinales videlicet Ambianen. & de giffono, & duo ciues, videlicet dominus Antonius de Pannicerijs legũ doctor & Gailhardus chapucij incontinenti morti traderentur. Et cum voluerunt ad actum de facto procedere, diſcooperti fuerunt per vnum ciuem, cui per vnum ex ipſis tractatus extitit reuelatus. & diſcooperto tractatu capti fuerunt aliqui ex ipſis, & inter cæteros captus fuit dominus Franciſcus de Cario, legum doctor, & acceſſor dictę ciuitatis Auenionen. author principalis iſtius tractatus qui & ſpecialiter dictus Franciſcus præmiſſa vt dicit confeſsi ſunt, & de illis, aliâs conuicti fuerunt. Et vltra confeſsi ſunt & coniuncti vt dicitur quòd ꝓpter pecunias ex parte dicti domini Benedicti, vel ſuorum eis datas vel dandas talia præſumpſerant attentare: nunc vero in dubium vertitur, qua pœna prædicti ſeditionarij, ſint plectendi Et vtrum ſint & præſertim dictus Frãciſcus, vltimo mortis ſupplicio puniendi. attento præſertim, quòd dictus dominus Benedictus dicit vt mihi refertur, ꝙ ipſe prędicta fieri non mandauit: nec etiam facta rata ſeu gratia habuit, neq; habet & pro vtraq; parte faciunt ea quæ ſcripſi. ſ. in duabus quæſtionibus proxi. præcedẽ. Primo tamen ad partem negatiuam videlicet quòd nõ ſint vltimo ſupplicio puniendi, videtur poſſe argui. Et primo, quia ſpeciale eſt, in crimine læſæ maieſtatis, videlicet quòd conatus & machinatio puniantur licet effectus non fuerit ſubſequutus. vt. C. ad leg. iul. maie. l. quiſquis. igitur in contrarium eſt ius commune. ff. ad municipa. l. j. in fi. arg. ff. ad leg. corne. de ſicca. l. qui falſam. cum ſi. Modo hîc, non fuit ſequutus effectus vt ſupponitur, nec fuit hîc commiſſum crimen læſæ maieſtatis: quia non fuit commiſſum cõtra Papam, qui princeps erat, nec contra ſtatum Papæ, vel ſuæ reipublicæ aut ſuorum magiſtratuum vel officialium ſeu cardinalium ſibi adhę̃rentium ſed potius pro Papa, & adherentibus ſuis, & contra Cardinales & ciues Auenionen. Papę benedicto & ſuis adherentibus aduerſantes, & ſic nun poteſt dici crimen læſæ maieſtatis, quia nec verè, nec interpretatiuè hîc cenſetur principis læſa maieſtas: ſed potius taliter qualiter coadiuta. arg. eo-
10 rum quæ leguntur & not. ff. ad legem iuliam maieſt. l. j. † Cauſa enim non ſolet parere effectum ſibi contrarium. ff. de condi. indebi. l. qui hominem § fina. Secundo, hoc probo ſic, nam magna delicta nõ committuntur ſine magno dolo, & ideo in magnis delictis lata culpa dolo non æquiparantur. vt. ff. ad legem Corneliã de ſicc. l. in lege cornelia. voluntas enim ibi principaliter conſideratur. in. l. diuus. eo. titu. Vt in propoſito videtur, quòd hic dolus non fuerit nec mala voluntas tam graue peccatum committendi. Ad cuius probationem duo videntur principaliter pręmittenda. Primũ eſt quòd ſi conſtaret quòd Papa hæc fieri mãdaſſet tales à dolo & à peccato, & à crimine excuſati viderentur

ti viderentur, quia cū Papa ſit princeps, imò ſupra omnes prin
cipes à Deo cuius ipſe eſt vicarius cōſtitutus. de maio. & obe.
c. ſolitę. & qui fi. ſunt legit. c. per venerabilem. cū his, quæ vtro-
biq; ſcripſi, ipſe poteſt de iure bellū indicere, præſertim ex iu-
ſta cauſa arg. eorū quæ legūtur & not. ff. de cap. l. hoſtes. & quæ
ſcripſi in. c. olim. de reſti ſpoliat. & in. c. licet ex ſuſcepto. de fo.
compe. & in. c. quod ſuper his. de voto, & vo. redemp. Modò ſi
Papa hoc mādaſſet per hoc cardinalibus, & ciuibus prædictis
bellum indixiſſet, & fuiſſet iuſta cauſa bellum indicendi: quia
cardinales, & ciues prædicti à dominio quod ipſe habebat in
eos, & à poſſeſsione huiuſmodi domini de facto ipſum ſpolia-
uerant, & tenebantur eum reſtituere, & eum non volebant re-
ſtituere: nec apparebat ſuperior, qui prædicto domino bene-
dicto vellet & poſſet iuſtitiam miniſtrare. arg. eorum quæ le-
guntur & no. ff. de iuſti. & iur. l. ex hoc iure. & eorū quæ ſcripſi
de iniur. c. vno. li. vj. in tractatu repręſaliarum. parte. xj. in pri-
ma & ſecunda quæſtionibus. Hoc autem certum eſt, quòd ſub-
diti ad mandatum domini ſui, ad bellum per eum indictum, ex
cauſa iuſta accedentes etiam in caſu dubio à dolo, & crimine
excuſantur: qa in dubio ſubditus debet ſuperiori obedire, nec
ex hoc culpari poteſt. vt patet ex his quæ legun. & not. xxiij. q.
j. quid culpatur. & xj q. iij. qui iuſtus. in fine ſecundę gloſæ. Nec
tunc tales tractatus eſſent culpandi, quia in iuſto bello etiā inſi
dijs pugnare licet. vt. xxiij. q. ij c. dominus deus noſter. Secun-
dò pręmitto, quòd præſumi debet de iure, quòd prædicti cre-
debāt, credereq; debebāt, quòd dominus Benedictus hoc man-
daſſet. Et primò quia nō eſt veriſimile, quòd prædicti ſuas per-
ſonas tantis periculis, pro domino benedicto exponere voluiſ
ſent niſi credidiſſent dominum Benedictum hoc velle: & quia
informatio habet prout intelligo quòd gētes & familiares do-
mini Benedicti, hæc apud prædictos fieri procurabāt quod nō
præſumitur eos voluiſſe procurare, contra voluntatem domi
nī Benedicti. Item quia etiam habet informatio, vt intelligo ꝙ
tres literas à domino Benedicto, ſuper hoc habuerūt, & quòd
pecuniæ pro parte domini Benedicti illis propter hoc oblatæ
& promiſſę fuerūt, per quæ ſi vera eſſent ſatis appareret de vo
luntate & mādato ſaltē tacito domini Benedicti. Cum igitur
in partem meliorem, dubia ſint interprętanda. ff. pro ſocio. l.
merito. ff. de don. inter vi. & vxo. l. Quintus. & quod legitur &
no. extra de re iud. c. eſtote. & quod ſcripſi extra de ele. non reſi.
c. non liceat. Debemus in dubio interprætari quòd prædicti,
qui potuerūt prædicta ex bona cauſa facere, & ex mala illa non
ex mala cauſa fecerint, ſed ex bona. Ex quibus infertur quòd
prædicti non peccauerunt, & per conſequens pœnā ſubſtinere
non debent. C. de pœnis. l. ſancimus. C. ad legem Iul. de adult. l.
Gracchus. xxiij. q. iiij. qui peccat. de conſti. c. ij de reg. iuris. ſine
culpa. lib. vj. Item probo, quòd non peccauerunt, quia iuris exe
quutio non habet iniuriam neq; pœnam. ff. de iniur. l. iniuria-
rum. in prin. & extra de elec. c. eccleſia veſtra. & præd. c. qui pec
cat. Vt in propoſito ſuppoſito, quòd ſubſtractio fuerit male fa
cta, prout multi tenent, iſti capti debuerunt de iure credere &
exiſtimare, quòd ꝑdicti cardinales, & ciues in ciuitate Auenio-
nen dominantes, vt videtur erant notorij Papæ ſpoliatores, &
domini ſui notorij occupatores, in eius territorio notoriè de-
linquentes: igitur per prædictos, tanquam Papæ officiarios, ſi
hoc de mandato Papæ faciebant, de prædictis maleficijs noto-
rijs poterant coerceri & puniri. ff. de officio. pręſid. l. congruit.
C. vbi de cri. agi opor. authen. qua in prouincia. cum ſimilibus.
11 † Papa enim notoria crimina, ſine proceſſu iudiciario punire
poteſt, extra de appel. c. cum ſit Romana in fi. arg. eorum quæ
ſcripſi. in cle. paſtoralis. de re iudi. & eo. ti. c. ad apoſtolice. li. vj.
Præterea hoc confirmo, quia quilibet pōt imo tenetur iuuare
proximum ſuum in neceſsitatis articulo conſtitutū vt extra de
ſen. excō. c. quantę. & eo. ti. c. dilecto. lib. vj. & ff. de appel. l. non
tantū. cū ſimilibus. igitur fortius, & dominū ſuū: igitur licuit
iſtis dominum ſuū, quem incarceratum videbant, à carceribus
liberare, & per conſequens non peccauerunt, maximè ſi crede-
bant ſubſtractionē malè factā, & bene dictū male incarceratū,
prout credere de iure debebāt prima facie, vt videt. Nec obſtat
ſubſtractio facta Papę, quia plures fortè ſunt, qui credunt eam
malè factam, quam qui credunt eam bene factam Igitur ſi cre
diderunt eam eſſe male factam, hoc eis ad peccatum, vel ad cri
12 men imputari non debet. † Tertio principaliter probo, ꝙ præ
dicti nō debent ꝓpter talē ſeditionē pati mortē, qa vt aliquis
dicatur ſeditioſus, & tanquam ſeditioſus puniendus duo prin-
cipaliter requiruntur. Primum eſt, ex parte voluntatis, & cau
ſæ ꝙ ſeditio ſit mala, & propter malam cauſam facta, nam ſi
fieret pro exequutione iuſti belli, ſeu iuſtæ pugnæ, quod bel
lum: ſeu quæ pugna non poteſt abſque ſeditione committi,
tunc non eſſet peccatum, ſicut nec bellum iuſtum ſeu pugna
iuſta, vt ſcripſi poſt Tho. ī. in quinta quęſtione § quinto. circa
hoc quæritur in prin. & in corpore quęſtionis & in ver. ad pri
mum ergo dicendum. Secundum eſt ꝙ factum exterioris com
motionis interueniat ita quòd tractat⁹ ſecreti, abſq; exteriori
commotione ſeditionem non faciunt nec tractantes ſeditio-
ſos conſtituunt, & ideo dicit glo. ij. ad Corint. xij. ꝙ ſeditiones
ſunt tumultus ad pugnam & hoc patet. C. de ſeditioſis. l. j. vbi
ſic dicit textus. ſi quis contra euidentiſsimam iuſsionem ſuſci-
pere plebem & aduerſus publicam diſciplinam defendere for-
taſſe tentauit verbum enim ſuſcipere plebem, & verbum de-
fendere important de natura ſua factum ad extra attentatum
Item facit. l. ij. e. ti. ibi tumultuoſis clamorib⁹ cuiuſquam inter
pellatio &c. & ibi petulantia verba iactātur & ibi: cuiuſmodi
voces emiſerint mouerintque tumultus. & ibi ſeditionum
ac tumultus authoribus. nam omnia prædicta verba, in exte-
rius factum ſonant. Item pro hoc facit. l. denunciamus § de his
qui ad eccle. confu. ibi: nemo conclamationibus vtatur, nemo
moueat tumultum aut impetum committat vel conuēticulā
collecta multitudine &c. omnia enī prædicta verba etiam ſo-
nant factum ad extra attentatum Item facit. l. capitalium § ſo
lent quidam. ff. de pœn. ibi: turbulentibus ſe acclamationibus
popularium accommodare. quæ etiam in exterius factū ſonāt
Item facit. l. ſi quis aliquid § authores. ff. de pœnis. in principio
ibi cum dicit authores ſeditionis & tumultus populo concita
13 to quæ indubitanter etiam factum notant. † Præterea ratio iu
ris hoc ſonat quia verba legum debeant intelligi cum effectu.
ff. quod quiſque iuris. l. prima. in fine. & extra de clericis non
reſi. relatum. Modò niſi ex tractatibus factum ſequatur nullus
14 inde habetur effectus. † Quid plura? nonquid exaggerentur
pœnę debent in eis extendi verba, & recedi in illis à propria
ſignificatione verborum? abſit, quia imò reſtringi debent ver-
ba, vt pœnæ non exaggerent, de lectione capitulo ſtatutum.
libro vj. & regula in pœnis. de re. iuris. eod. libro. cum his quæ
vtrobique latè ſcripſi. Modò nullus vnquam dubitaret, qui in
aliud ſit tractare de ſeditione fienda, & aliud ſeditionem facere
quia plerunque fatui multa deliberant & tractant ſe facturos,
quæ poſteà non faciunt nec ad effectum deducunt, nec mirum
quia nomen ſeditionis non ſonat in conſilium ſed in factum.
ſeditio enim dicitur quaſi ſeorſumitio, vt ſcripſi poſt Guid. in
c. ſeditionarios. & in. c. decet. alleg. Modò ad propoſitum appli
cando poteſt primo dici vt videt ꝙ hic nō fuit ꝓceſſum ad fa
ctū, ſed ſolū ad tractat⁹ & cōſimilia habita ſup ſeditiōe fiēda, li
cet forſan tractata & deliberata iuramētis firmauerint & pe
cunias, vel promiſsiones propter hoc receperint, vt factū ſup
ponit, & ſic infert ex ꝓmiſsis, ꝙ hic nulla proprie interuenit ſe
ditio. nec illi ſeditionarij, ſeu ſeditioſi propriè dici poſſunt, &
ꝙ ꝑ cōſequēs pœna quæ ſcdm leges eſt imponēda ſeditioſis, in
illis non vendicat ſibi locum licet de malis eorum tractatibus
& coniurationibus, ac pecuniarum, & promiſsionum corru-
ptionibus aliæ pœnę ſaltem arbitrariæ eis imponēdę ſint. Pręc
tereà ſi contrarium diceret aut hoc diceret, pro eo ſolo, ꝙ tra-
ctauerant procurare. quòd dominus Benedictus reduceret ad
dominium, & obedientiam ciuitatis ſublato violento ac tiran
nico regimine, quod tunc erat, & certè ſuppoſito, quòd crede
rent, prout eſt veriſsimile eos crediſſe, videt ſubſtractionem
obedientię, & ſpoliatiōem domini benedicti fuiſſe malè factas
& regimine, quod tunc currebat eſſe violentum atque tiranni
cum, & ſuppoſito quòd hoc facerent de mandato domini Be

nedicti, tunc factum illud ex his excuſationem magnam habe-
bat, & à Deo prædicta culpam attenuabant. arg. eoum quæ le-
gun. & not. de re. iur. c. quod quis mandato. lib. vj. quòd oon de
bet hoc tam graue flagitium reputari, quòd propter hoc infli-
gi debeat tanta poena, laudantur enim ſecũdum beatum Tho-
mã, qui multitudinem à poteſtate tyrannica liberant, vt ſcri-
pſi poſt eum. ſ. eo. c. in. v. q. §. ſecundo quæro. circa hoc. ver. præ
terea laudantur & verſu. ad tertium dicendũ. Aut hoc dicere-
tur, pro eo q ſorte vt dicitur prædicti in ſuis tractatibus deli-
berate concluſerunt duos Cardinales, & duos ciues benedicto
fortius adhærentes, & quoſcũq; alios in ſeditione prædicta euſ
dem reſiſtentes interficerent. Et hic dico, quòd ex tali delibera
tione, abſq; alio opere ſubſequuto, non debet eis infligi poena
mortis. nam iſta eſt doctrina clara dominorum legum, & cano
num. & præſertim Petri, & Cini, in. l. ſi quis non dicam rape-
re. C. de epiſco. & cle. & hæretici in. c. j. de eo qui mit. io poſ. vi-
delicet. quòd quando quis cogitat, & deliberat delictum com-
mittere, ſed illud delictum de facto non perpetrat, nec aliqoid
de facto ad extra attenuat, propter voluntatem & deliberatio
nem huiuſmodi poena, illi delicto debita ſibi noo infligitur. Et
idem ſi attentauit ad actum exteriorẽ procedendo, ſi ille actus
à facto principali ſit remotus licet aliàs extraordinariè de his
puniri habeat, ſecundum Pet. de bellaperti. Cyn. & Iaco. de bu
triga. in præd. l. traoſigere. & Henricum. in præd. c. j. de eo qui
mitti in poſ. vt ibi ſcripſi in ſecunda & tertia quæſtionibus, li-
cet ſecus eſſet, ſi ad actum principalem delicti peruenerit, vel
ad actum alium illi actui principali propinquum, de facto pro
ceſsiſſet: ſed impeditus per alium conſummare minimè po-
tuiſſet, & ſic poſſunt intelligi. l. ſi quis non dicam rapere. & l. is
qui. cum telo. ſ. eo. di. vt in dicta. l. ſi quis noo dicam rapere. ſ.
eo. diſt. tetigi poſt Bald. in diſtinctione. licet aliqui intelligant
illas. l. de minori poena capitali. quæ eſt relegationis. arg. ff. de
poeni. l. ſi præſes. & l. de interpretatione. vt notatur per Chi.
in præd. l. ſi quis oon dicam rapere. Secũdò videtur poſſe dici,
quòd ſuppoſito, quòd fuiſſet ſeditio, tamen ſeditio huiuſmodi
mala non fuit, dummodo de morte vel læſione, aut alio damno
hominis, tunc inferendo ibi, aliter non ageretur, ſed ſolùm de
reductione domini benedicti, ad domioium & obediẽtiam ci-
uitatis, ſuppoſito quòd ſubtractio fuerit male facta, & maxi-
me ſi hoc faciebant de mandato domini benedicti: nam iſte fi-
nis non eſt malus, nec iuri contrarius volunt enim iura, quòd
reſtituantur ſpoliati. ſ. iij. q. j. per totum. & extra de reſti ſpol.
in antiquis ſexto, & clementinis per totum: & quòd ſubditi ve
niant ad obedientiam dominorum, quando malè ab eius obe-
dientia receſſerunt. xvij. diſtin. §. hunc etiam. Et quòd tollatur
dominium Tyrannicum, atq; violentum, & reducatur ciui-
tas, ad dominium ſuum naturale, per iura prædicta & quia res
de facili redit ad naturam ſuam. ff. de pac. l. item ſi vnus. §. quod
in ſpecie. In contrarium poſſunt induci multa, quę poſſunt col
ligi ex præcedentibus, & qa etiam cardioales, & ciues negant
multa, quæ. ſ. præſopponuntur in facto, & etiã aliqua, quæ alle
gantur io iure, & quo ad ſubſtractionẽ ponunt contrariũ fun-
damentũ: quia dicũt ſubſtractionẽ fuiſſe factã legitimè, & di-
cunt dictũ Franciſcũ de cario fuiſſe patentẽ proditorem, quia
ab ipſis, & à villa tenebat officiũ acceſſoris & eis, & villę præſti
terat iuramentũ fidelitatis. Dicũt q etiã noo io Papa, ſed in ip
ſis ſubſtractione caoſante eccleſiã Romanam, & ſedem apoſto
licã repreſentari: ex quibus inferunt ex prædictis tractatibus,
crimen læſæ maieſtatis cõmiſſum fuiſſe, & ciuitatẽ Auinionẽ.
vrbi Romanæ quo ad hoc, comparandã eſſe, & per prædictos
captos in multis de facto attentatũ fuiſſe, illoſq; non poenituiſ
ſe, nec propter poenitentiã deſtitiſſe. ſed quia per alios fuerunt
detecti, atq; impediti, dicitiſſe etiam, q res minus eſt pernicioſa
exẽplo, & q ideo quòd poena hoc caſu eſt exagerẽda. Sed quia
ſacerdos ſum, & per conſequens ad me non pertioet accuſare,
ſed potius innocentiã defendere & iuuare, & nũc in cauſa iſta.
contra dictos delatos, de ſanguine agitur: ideo pro ordinis mei
vitando periculo à contrariorũ argumentorum proſequutio-
ne deſiſto, & rogo, quòd prædicta omnia tanquã argumenta-
tiuè dicta, & nõ aliàs pronunc habebantur. Tu cogitabis. Sciẽ-
dum tamen quòd poſt iſta ſententia fuit lata per iudices curiæ
temporalis Auenionen. per quã declaratum fuit ipſum Franci
ſcum in crimen læſæ maieſtatis incidiſſe, & decapitandũ eſſe,
corpuſq; ſuum, io quatuor partes diſmembrãdum fore, prout
factum fuit & ex eadem cauſa decapitatus fuit quidam procu
rator vocatus magiſter Auguſtin⁹, per curiã mareſcalli, & duo
clerici ex eadem cauſa per curiam auditoris tamen ad carceres
perpetuos coodemnati, pro eo videlicet, quòd procurator &
clerici prædicti dicebantur fuiſſe participes in tractatu, & ad-
huc agitur, quòd fiat exequutio ſimilis contra alios.

Sequitur ſeptima pars principalis, primæ diſtinctionis de poeni.

SVMMARIVM.

1 *Contritio quid ſit, & quo modo accipiatur & eius effectus.*
2 *Quid potius optandum, velle eſſe in paradiſo, an inferno.*

IN actione. Poenitentiæ: Hic incipit
vij. pars hui⁹ primæ diſtin
ctionis de poenitentijs, in qoa dicitur quòd vbi
poenitentia non ſtatuitur à canone, relinquitur
arbitrio boni viri: qa Deus inſpicit magis men
ſuram laboris & cordis, quã temporis lo. de fic. ſeparetur. i. de-
1 bet ſeparari. H. † Quæritur ibi, cor contritũ. quid dicatur con
tritio, & quis ſit contritionis effectus. dic quòd contritio dici-
tur quaſi ſimul vel ex toto tritio, quod & actiuè & paſsiuè in-
telligendũ eſt: paſsiue quia totum cor ad literã quaſi teritur, &
ſcinditor pre nimia anguſtia dolore, ira & indignatione, quæ
concepit contra iſta peccata vnde dominus per prophetã Ioſue.
ij. Scindite corda veſtra &c. ſ. e. di. §. hoc autẽ. Item pſalmus, ſa-
crificiũ deo ſpiritus con. ſ. l. di. c. põderet. iuxta finẽ. punge. igi-
tur. i. percute cor tuũ. etiã ſi neceſſe fuerit ſpinis, clauis, & lan-
cea, & alijs, quibus iſte chriſtus fuit te punctus in cruce. Matt.
xxvij. & Io. xix. Actiuè qa iſta tanquã fortiſsima machina con-
terit congeriẽ peccatorũ, qui quaſi quidam murus ſeparabunt
nos à Deo. Eſa. lix. iniquitates noſtræ diuiſerunt inter vos, &
Deũ. Item hic cõterit laqueos, & cathenas diaboli. Pſalmus la-
queus contritus eſt, & nos liberati ſumus. Itẽ deſtruit carcerem
infernalẽ, quẽ demones pauerũt, in inferno animæ peccatrici,
& vires demoniõ eneruat. vnde in Pſalmo iudic. xvj. poſtquã
creuerũt capilli eius viribus reſtitutis, concuſsit duas colũnas,
& corruit domus, ita quòd ipſe cum philiſteis mortuus eſt. Sic
peccator recuperauerit capillos. i. dona ſpiritusſanti. per cõtri
tionem ſibi vires reſtituũtur, ita quòd duas peſsimas colũnas. i.
concupiſcentiã carois. & ſuperbiam vitæ concutit veterẽ ho-
minem interficit in ſe domũ infernalem diruit, demonũ vires
eneruat, iſta conterit brachia peccatoris & maligni. i. diaboli.
Itẽ iſta reparat muros Hieruſalẽ, quos deſtruxerat Nabucho.
Danie. iiij. reg. vlt. Hiere. lij. & Pſalmus. benigne fac domine in
bona vo. t. ſyon &c. i. io contritione à te ſolo gratis data, vel dã
da ſyon. i. animæ. vt ſic ædificentur per eã muri Hieruſalẽ, ſecũ
dum Ray. & etiã ſecundũ Hoſti. qui de hoc plene no. & tractat
in ſumma de poeni. §. quibus. & quot dietis. ſub. §. & quis ſit effe-
2 ctus contritionis. & adde quod dixi. ſ. eo. perfecta. † Secundò
quæritur, vtrũ cõtritus debeat magis velle eſſe in inferno, quã
peccare. dicit Anſelmus, in libro de ſimilitudinibus. quòd ali-
quis magis debet eligere eſſe in inferno ſine culpa, quã in para
diſo cũ culpa: qa innocens, in ioferno nõ ſentiret poenã pecca-
tor in paradiſo nõ gauderet dei gloria. dic ſecundũ Tho. quòd
contritus tenetur io generali, magis velle pati quacunq; poenã
quã peccare, & hoc ideo: quia contritio nõ poteſt eſſe ſine cha
ritate, per qoam omnia peccata dimittuntur. Ex charitate au
tem plus homo diligit Deum, quã ſeipſum: peccare autem eſt
contra Deum facere, puniri autem eſt pati aliquid contra ſe-
ipſum. vnde charitas hoc requirit, vt quãlibet poenam homo
contritus pręeligat culpæ, ſed in ſpeciali deſcẽdere, ad hanc poe
nam,

4 ſecundum diuerſa genera pecorum.† vnde Io.Chryſoſtomus dicit cum recalcitres,vt aſinus ferias,vt equus. luxurieris, & luxurieris,vt mulus.gaſtrimargiam patiaris,vt vrſus,carnem tuam impingues,vt vitulus,rapias,vt lupus , iraſcaris vt ſerpens,in ira frendes,vt leo,pugnas,vt ſcorpio,venenum efundas,vt aſpis.proximum lædas,vt vipera.qualiter te hominem iudicabo cum nullum caracterem hominis in te reperio. & in pſal.dicitur nolite fieri ſicut equus,& mulus quibus non eſt intellectus. deplorans beatus.B dicit heu de grege.ſacta eſt egregia creatura,& ita miſerabilis eſt facta vt iumenta loquerentur ſi poſſent,& dicerent ecce Adam factus eſt ſicut vnus ex nobis.P.In gl j.præcipuum in fine.adde,& ſecundum hoc in illa diſtinct.operum,quæ memorantur in princip.gene.non deſignatur ſucceſsio temporis:ſed ordo naturę tantum de hoc legitur,& notatur.xxxv.diſtinct.ſexto die.In glo.argu. quòd ibi,charitatem.adde de hoc legitur,& notatur.ſ.§.proximo. &.xxvij.q.vij.§.ex his omnibus ibi videas.

Sexta pars ſecundæ diſtinctionis tractatus de pœ.

SVMMARIVM.

1 *An bona opera ritè facta peccato ſuperueniente extinguantur.*

CHaritas. Hic incipit ſexta pars ſecundæ diſtinctionis.de pœnitẽ.in qua magiſter concludit,& probat multis modis, ꝙ illa charitas,quæ deſeritur dicitur fragilis:quia non durauit , tamen vera fuit,aliâs nullo mo-
5 du poſſet dici charitas ſi nulla fuiſſet.† verum autem bona facta in charitate per peccatum mortale ſequens mortificentur , aut in mortali peccato facta per ſequentem pœnitentiam reuiuiſcant. & ad quid proſint bona facta in peccato mortali.ſcripſi de pœnitentia,& remiſ.c.quod quidem. in ſecunda,& tertia quæſtionibus.charitas procedit. hoc ideò dicit quoniam ſine fide charitas non eſt in aliquo in hac vita.H. apoſtolum.j.ad Corint.xiij.omnipotẽs.de omnipotentia Dei dicit Auguſt.in Enchiridio , non ob aliud veraciter vocatur omnipotens Deus niſi quia quicquid vult poteſt,nec voluntate cuiuſpiam creaturæ voluntatis omnipotentis impeditur effectus.

Tertia diſtinctio tracta.de pœ.

HAec de charitate. Hîc intitulatur tertia diſtinctio tractatus de pœniten.quę diuiditur in xij.partes.in prima parte probat magiſter per xviij.authoritates , ꝙ qui ſemel pœnitentiam ageret non peccaret: ſed intelligitur de perfecta per locum à deſtructione.Io.de ficto.

SVMMARIVM.

1 *Partes pœnitentiæ,& pœnitere quid ſit.*

Pœnitentia. Hîc quæritur vtrum ſacramentum pœnitentię habeat partes.dicit.P.ꝙ in alijs eſt aliqua materia exterior,vt in bapeiſmo aqua,in ſacramẽto verò conſiſtit ex partibus quarum vna mouet alterã.& ideò in actibus humanis eſt gradus incipiẽs animus perfectio vſq; ad
2 magis perfectum.† ſunt aũt tres partes.ſ.contritio,oris confeſſio,& ſatisfactio operis,& ſunt hę tres quaſi partes integrales ſcdm eſſe pœnitẽtię perfectũ,licet eñi in contritione dimittaſ peccatũ,oportet tñ confeſsionẽ,& ſatisfactionẽ eſſe in ꝓpoſito.cõcordat Tho.pręterita plãgere.ĩ.e.irriſor.non cõmittere.

ad hoc concord. Greg. dicens pœnitere autem eſt acta peccata flere, & flenda iterum non committere. Dicunt Tho. P. quòd hæ definitiones non ſunt datæ per eſſentiam. ſed per effectus: definitur autem per duplicem actum, qui eſt reſpectu peccati præteriti, ſcilicet preterita mala plangere, alterum reſpectu futuri. ſ. plangenda iterum non committere, primus eſt in re, ſecundus in re, vel in propoſito. i. prout proponit talia decæterò non committere. accipitur autem hîc fletus communiter pro interiori, ſiue pro exteriori fletu. dicit etiam Tho. quòd hę definitiones completiſsimæ ſunt, & ad has reducuntur aliæ definitiones vt Auguſt. & cæterorum. Gui. Tu verò cum quæritur, quę ſunt partes pœnitentiæ, dic vt ſcripſi extra de pœnit. c. quæſitum. in ſecunda quæſtione.

SVMMARIVM.

1 *Satisfacere quid ſit, & cauſæ peccatorum intrinſecæ quæ ſint.*
2 *Partes ſatisfactionis, & pœnitentiæ tres.*
3 *Quædam de oratione, ieiunio, eleemoſina, & vſu clauium.*

Satisfactio. Peccatorum cauſas excidere. dicit Anſelmus in li. cur Deus homo. † Satisfacere eſt Deo honorem debitum reddere hoc exponit. P. diſt. xv. dicens quòd iuſtitia non tantum tendit ad hoc, vt præcedentem inæqualitatem auferat puniendo culpam præteritam: ſed vt in futurum æqualitatem cuſtodiat. ſ. cauendo culpam futurã. vnde ſecundum Philo. pœnæ quędam medicinę ſunt, vnde ſatisfactio quæ eſt actus iuſtitię pœnam infœlicis eſt medicina curãs peccata preterita recompenſando, & preſeruando, à futuris cauendo, & ideò peractum primum definitur ab Anſelmo. ſ. honorem debitum Deo reddere, debitum quidem non ratione beneficij accepti: ſed commiſsi peccati peractum. Secundo definitur hîc ab Augu. quia per cauſarum iſtarum abſciſionem fit præſeruatio à futura infirmitate. vocat autem hîc Aug. cauſas intrinſecas peccatorum, radices proximas. ſ. libidinem ex actu malo, vel conſuetudine relicta, & peccati reliquias ſ. difficultatem ad bonum, & huius ſuggeſtiones verò vocat hic opportu-
2 nitates extrinſecas, vt tempus, & locus, & hmôi. † & not. quòd partes ſatisfactionis principales ſunt tres, vt dixi. ſ. ea. diſtin. j. quamobrem. iuxta principium ibi videas Guido. Verum quia pœnitentiæ ſunt tres partes principales, quarum prima dicitur cordis contritio de qua ſatis ſcripſi. ſ. j. di. in prin. in prima magna additione in articulo de contritione per remiſsiones, & etiam ibi, poſt theologos in. §. ad declarationem huius gloſ. in. x. q. & in. iiij. ſequentibus. & c. e. diſt. c. in quacunq; in magna additione in primis. xviij. queſtionibus. ſecunda verò dicitur oris cõfeſsio, de qua ſatis ſcripſi. ſ. di. j. in prin. in prima magna additione in articulo de confeſsione per remiſsiones, & in. d. c. in quacunq; in ſecunda parte magnæ additionis, quę incipit in. §. conſequenter, & durat per. xxj. quæſtiones, & latius. e. diſt. §. ex his in magna addit. quæ incipit ad declarationem autem huius. §. in prima. q. illius additionis, & in. xv. q. ſequentibus. Tertia eſt operis ſatisfactio de qua etiam tetigi per remiſsiones. ſ. dij. in prin. in prima additione magna in articulo de ſatisfactio-
3 ne. † Præterea ſciendum quòd circa materiam huius capituli propoſueram de ſatisfactione operis, & de eleemoſina, ieiunio & oratione, quę ſunt partes ſatisfactionis, & de poteſtate clauium, & de indulgentijs prelatorum, & de ſoffragijs factis per viuos pro mortuis, quæ vim habent cuiuſdã ſatisfactionis hîc tractare quàmplurimas principales quæſtiones, cum ſuis acceſſorijs ad quas iam remiſeram in diuerſis locis: ſed quia de nouo ſummam edidi de ſacramentis in qua prædicta quaſi omnia ad plenum tractaui: ideò pro abbreuiatione huius operis finaliter deliberaui ſolum remittere ad prædictam ſummam, vnde plenè videas de ſatisfactione in prædicta ſumma. li. vij. parte tertia. & de eleemoſina, ieiunio, & oratione in quarta, quinta, & ſexta partibus dicti. vij. libri. & de poteſtate clauium in. xiij. xv. & xvj. partibus eiuſdem libri, & de indulgentijs prælatorũ in. xx. parte libri eiuſdem. & de prædictis ſuffragijs vide extra ſummam prædictam in ſumma confeſſorum. li. iij. tit. xxxiij. ſub rubricella de ſuffragijs mortuorum in diuerſis quæſtionibus. & forſan adhuc de hoc dicam in prædicta ſumma de ſacramentis: quia nondum completa eſt.

SVMMARIVM.

1 *Duplex effectus ſatisfactionis, & quoſdam articulos pœnitentiæ explicat.*

Pœnitentia. ij. In gl. ar. expreſſum. ibi, cenſetur. adde ad hoc. C. de impube & alijs ſubſtit. l. fi. & inſti. de inutil. ſtipu. §. is qui. & in fi. adde ad horum
2 declarationem dicas ſecundum. P. † quòd duplex eſt effectus ſatisfactionis vnus ſolutio debiti peccatorum præcedentiũ. Altera exciſio cauſarum peccatorum ſequentium quoad hunc effectum ſecundum nõ poteſt vnus ſatisfacere pro altero: quia per ieiunium vnius, caro alterius nõ domatur. quoad primum effectum eſt diſtinguendum: quia ſi alius impotens eſt per ſe ſatisfacere, tũc alius qui eſt in charitate poteſt pro eo ſatisfacere, ſimiliter cõfiteri. Si aũt eſt potens tunc oportet quòd ipſemet, & apud Deũ ſatisfaciat pro ſe ipſo poteſt tamen iuuari per alterũ. ſed Tho. dicit quòd etiam ſi potens nihilominus poteſt pro eo ſatisfacere: ſed non eſt promittendum, vt aliquis pro alio ſatisfaciat: niſi defectus aliquis appareat in pœnitẽte, vel corporali per quem ſit impotens ad ſuſtinendum, vel ſpirituali per quem non ſit promptus ad portandam pœnam Guid. Hîc autem videre habes tractatum de pœnitentia, quem collocaui. ſ. di. j. in prin. in ſecunda magna additione quæ incipit ad declarationem huius gloſſę, ad quem tractatum addere potes, quid in hoc ſacramento pœnitentiæ dicatur res, & quid ſacramentum, & de inſtitutione iſtius ſacramenti, prout ſcripſit beatus Tho. ſuper. iiij. di. xxij. in tribus articulis principalibus, & quæ ſcripſit idem Tho. de partibus integralibus pœnitentiæ. & vtrum ſeu quæ pœnitentia debeat fieri de peccatis commiſsis ante baptiſmũ de quibus vide per Tho. ſuper. iiij. di. xvj. in primo, & ſecundo articulis & qualiter, & ex quibus cauſis peccata venialia remittantur quæ proſequere, vt ſcripſi in. d. diſt. xvj. q. ij. in primo, & ſecundo articulis. & de circunſtantijs peccatorum qualiter peccatum conſtituũt, & aggrauãt, de quibus ſcripſit Tho. ſuper. iiij. diſt. xvj. in. j. q. in primo, & ſecundo articulis.

Si apoſtolus. Plorat. ad Ro. vj de terra ſanctæ promiſsionis illius. ſ. beati qui lugẽt. Mat. v. c. & c. P. dicit dñs. Io. viij. c. l. di. ponderet. j. e. §. hac authoritate. peccare. j. e. di. adhuc in pœnitentia, quæ præceſsit ex fide. i. ex charitate non ſemper cum fuit memor peccati Pe. In. ſ. gl. in fi. adde ſub. quæ licet ſint dimiſſa in baptiſmo quoad æternam pœnam, & quoad reatum remanent tñ quoad pœnalitates, quas in vita iſta patimur propter originale peccatum. *In gl. ſi dimiſſa.* ibi, ſtabilis. adde in ſuo officio gaudere priuilegio, quo gaudet qui eſt habili. Gui.

Pœnitentiam. Pœnitentiã. ſecunda pars: nam qui. tertia pars. Gui.

Sunt qui. Dicunt paſtoris. ij. P. ij. carnis. ij. P. ij. virtus. i. effectus pœnitentiæ: ſed ſi quis. ſub. hoc eſt verum ſi quis &c. pœnitentia verò. ſecunda pars. Gui.

Productor. Ne parua. & ita contemneretur neceſſariæ ad vitam, non retinet: quia iam dimiſſa eſt per baptiſmum, vel cordis contritionem: ſed tranquilla. ſ. iuſtum iudicium tranquillæ. adeò conſtitutum. conſtitutio, quid ſit Dei indignatio habetur. ſ. e. di. ſed continuo. in fi. In. j. gl. ibi debet pœnitentia. adde ad idem. xlvij. di. c. omnes. Guid.

SVMMARIVM.

1 *Gaudium eorum qui pœnitentiam agunt, & quare gaudere in tribulationibus debeamus.*
2 *Contritionis deſcriptio, & quid durum, & quid frangi dicatur.*
3 *Inter contritionem, & attritionem differentia.*
4 *Dilectionis triplex teſtimonium, & quot modis anima Chriſto deſponſetur.*

Perfecta Pœnitentia oĩa libenter. i. oẽs tribulationes,
5 quæ hic conueniũt † de tribulatione enim debet gaudere pœnitens Et ſunt. iiij. cauſę propter quas gaudendũ in tribulationibus. j. eſt ſignum paternę dilectionis. Apo. iij.

ego quos

ego quos amo arguo, & caſtigo prouerbi.iij.quem diligit dominus corripit, & quaſi pater in filio complacet, ad idem Hebræ.xij.Secunda eſt ſui cum Deo aſſociatio dum tribulatur propter iuſtitiam, vnde in pſal.cum ipſo ſum in tribulatione. Tertia eſt ipſius animæ confirmatio, & conſeruatio.quia ſicut piſcis in aqua cuſtoditur, & extra moritur, ſic anima in tribulatione nutritur, & cuſtoditur:vnde filij iſraël habebant aquas per quas intelliguntur tribulationes huius mundi quaſi murũ vt exo.xiiij.c.legitur.ſed extra moritur.vnde Gre.ideò cor Salomonis funditus ſapientiam deſeruit:quia ipſum nullius tribulationis diſciplina exterius cuſtodiuit, & Lucæ.xxj.dicitur in patiẽtia veſtra poſsidebitis animas veſtras.Quarta eſt ipſius animę eleuatio à terrenis in cuius figura legitur in geñ. vij.c. quia multiplicatæ ſunt aquæ, & eleuanerunt archam in ſublimi.& Auguſti.dicit non poteſt oportunus quis auelli ab hoc ſeculo, quàm ſi his voluptaribus nugatorija, & peruicioſis, labores, doloresq; miſceantur. & Greg.mala quæ hic præmunt, ad Deum nos ire compellũt. & de hoc dicit Iacobus.j.c.omne gaudium exiſtimate fratres mei cum in varias tentationes incideritis.& ibi dicit gl.bedæ notabilis, ne indignemini ſi mali in mundo florent.ſi vos patimini:quia non eſt Chriſtianæ dignitatis in temporalibus exaltari:ſed potius deprimi, mali nihil habeat in cœlo, nos nihil in mundo:ſed ſæpè illius boni ad qd tenditis quicquid in via contingat gaudere debetis.& hoc in gl.valet ad.c.j.e.di.quid ergo turbamur. P.& adde quod dixi
a de hoc.vij.q.j.aduerſitas.Guid.† contritio quæ ſic à magiſtris definitur. Contritio eſt dolor voluntariè aſſumptus pro peccatis cum propoſito confitendi, & ſatisfaciendi, vt dixi.s.e.di. j.perfecta. Ad cuius intelligentiam nota ꝙ ſicut in materialibus durum dicitur quod non cedit tactui, hoc autem frangi dicitur quod per aliquod fortius in partes magnas diuiditur, Conteri verò, qñ totaliter in partes minimas redigitur, & adnihilatur, ita cor hominis durum dicitur quando diuinæ inſpirationi quaſi manui ſe tangenti non cedit:ſed obuiat.ſ.dum in affectu peccandi moratur.frangi verò dicitur quando à ꝓpoſito reſpicere incipit, quãuis nondum totaliter cõuertatur. conteri verò qñ affectus peccati ſecũdum omnem ſui partem in eo totaliter deſtruitur.& hoc fit qñ voluntas perfectè ab effectu peccati reſilit:vnde talis reſilitio contritio dicitur, ſeu appellatur, & quia talis reſilitio dolor quidam eſt, ideò per dolorem tanquàm per genus eſſentialiter definitur. additur voluntariè pro peccatis aſſumptus tanquàm differentia, & hæc conueniunt contritioni, prout eſt actus virtutis:ſed vt eſt para ſacramenti, ſic oportet quòd addatur aliquid in comparatione ad alias partes:& ideò additur cum propoſito confitendi,
8 & ſatisfaciendi ſecundum. T.& P.† ſed quæ eſt differentia inter contritionem, & attritionem dicit Tho.attritio ducit acceſſum ad perfectam contritionem. vnde etiam corporalibus dicuntur attrita quæ aliquomodo ſunt comminuta:ſed contritio dicitur, qñ omnes partes ſimul tritæ ſunt per diuiſiones ad minima: & ideò ſignificat attritio in ſpiritualibus quandam diſplicentiam de peccatis commiſsis:ſed non perfectam.Contritio autem perfectam diſplicentiam in ore confeſsio. ſi poteſt haberi ſacultas neceſſaria eſt oris confeſsio, quæ non debet contemni.j.e.diſt.iiij.baptiſini vicem, & c.non dubito.s. ea.di.j.agite pœnitentiam.& ratio poteſt eſſe, ꝙ ſicut omnes creaturæ oſtendunt, & confitentur defectus ſuos naturales homini eo modo quo poſſunt, vt dicit gl.ſuper illo verſu confeſſio, & magnificentia opus eius, ita homo debet oſtendere defectus ſuos voluntariè, & confiteri verbo vocali in quo habundat, & etiam homini confiteri debet, & ideò enim, ꝙ verbum diuinum ita humiliatum eſt in hoc nos obligauit, quòd humiliemus verbum noſtrum loquendo contra nos nõ ſolum Deo: ſed homini quod fit in confeſsione facta homini.Hodie enim peccamus contra Deum & hominẽ, & ideò cõfiteri debemus non tantum Deo:ſed homini loco ipſius Dei:vnde credit. P. ꝙ ſi facultas adeſt illud lac, eſt præceptum neceſsitatis.ſ.alterutrum peccata veſtra:ſed cum facultas non ſuppetit, tunc ſufficit cordis contritio at.xlv.di.duæ.extra de eo qui mitt.in poſ.

cum ſicut.& hoc verum eſt quoad culpam delendam non pœnam.& quod dicitur, quòd poteſt eſſe tanta cordis contritio, ꝙ ſufficit etiam ad pœnam delendam.cum erubeſcentia partem habeat remiſsionis vt.s.e.di.j.quem pœnitet, hoc non eſt ratione contritionis.ſed pœnalitatis ſcdm.P.de ſal.qui ita no. s.ea.di.j.in prin.& videas quod dixi.s.e.di.j.§.econtra authoritas, humilitas ad animam peccatricem ait dñs per oſeæ.ij.ſpõſabo te mihi in fide, & ſponſabo te mihi in iudicio, & in iuſtitia, & in miſericordia, & in miſerationibus, & ſpõſabo te mihi
4 in ſempiternum.† nota ꝙ ter dicit ſponſabo ad notandum triplicis dilectionis triplex teſtimonium.ſ.cordis, oris, operis.vnde ter quęſitum eſt à beato Petro an diligeret dñm vt Io. vlti. s.vj.q.j.imitare.item dicit ter ſponſabo:quia tripliciter ſponſatur anima peccatrix Chriſto.ſ.per contritionem, per confeſſionem, per ſatisfactionem ſecundum Rai.&:adde qd dixi.s e. di.j.agite in prin.pœnitentia:quia enim tribus modis Deum offendimus.ſ.delectatione, cogitationis impudentia locutionis.& ſuperbia operis:vt contraria contrarija curentur tribus modis oppoſitis debemus ſatiſfacere.& de his tribus habetur. s.e.di.j.ſuper tribus.& iſti ſunt tres mortui quos legitur dominum reſuſcitaſſe.s.e.di.j.§.deniq;.ver.tres quoq;.hoc etiam eſt illud triduum de quo ait Moſes exo.v. Deus Hebræorum vocauit nos, vt eamus viam trium dierum &c. in hoc triduo quæſiuit virgo Maria filium ſuum, & eum inuenit Lu.ij.ſcdm Rai.Gui.ſed de hoc dic vt ſcripſi plenius.s.j.di.circa princ.in prima magna additione, quæ incipit ad declarationem huius gl.ſub articulo de cõtritione, videlicet in prima.q.principali, & in.iiij.q.ibi ſequentibus.& e.di.c.in quacunq;.in magna additione in primis.xviij.quæſtionibus.& in remiſsionibus quas dedi.s.in prin.di.in prima magna additione, ſub articulo de contritione.

Ille dignè Agit.ita quòd valet ad ſalutem non committat.i.nõ cõmittendi propoſitũ habeat.

Pœnitens. Mutatę.in melius, vitam i.conuerſationẽ, reconciliamini. per cordis contritionem, & dignam ſatisfactionem, quem ligaueris. In xx.Matth.xvij. pœnitentiam exteriorem.In.j.glo.in fine.adde aliâs eſt ſub.c. porrò.Guid.

Irriſor Quòd pœnitet.i.de quo pœnitentiam agit.canis.ij.Pe.ij.prouerb.xxvj.c.ad peccatum. ſub.rediens. accipere.i.fundere.Eſa.j.c.de peccato, volũtate, vel actu.lauamini.j.e.c.lauamini.lauatur.ſ.ſacramentis, vel alio opere pœnitentiæ.mundus interitus, ſoliloquiorum.ſoliloquium eſt ſolius ſpiritusſancti eloquium:quia ibi Dauid ſolius ſpiritusſancti eloquio vſus eſt.P.

Inanis. Quoad vitam æternam, vel.i.culpa, quę ſequitur pœnitentiam, & cũcta bona præcedentia opera reddit, inania.i.vacua fructu vitæ æternę ſcdm Hug.nihil ꝓſunt ad vitam æternam perſiſte.i.perſeuera in confeſsione, cor de pœnitentia interiori.In gl.s.xxiij aliâs.xciij.ibi contrarietatem.adde, vel dic quòd aduerbium poſitum in.d.c.in fi.. ſ.aſsiduæ ſoluit contrarium hic dicit frequenter.P.

Qui admiſſa. Veniam contempſit, & ſic contẽptu aggrauatum primum peccatum.P.

Lauamini. Eſa.j.c.s.eo.irriſor, poſt lauachrum.verſi. pœnitentiæ, mundus eſſe.i.perſiſtere. cõmittunt opere, vel voluntate.

Baptiſantur. Fletibus interioribus à peccato.eccle. xxiiij.ſed poſt.ver.In.j.glo.in fi.adde.j. eccle.xxiiij.in fi.In gl.j.à contactu adde.i.immunditia contracta ex contactu mortui.

Secunda pars.iij.di.tract.de pœ.

Sed verba. Diſſinitionis.Hic incipit ſecunda pars tertię diſtinctionis tractatus de pœniten.in qua magiſter ſoluit, & bene dicens quòd authoritates prædictæ ita ſunt intelligendæ, vt tempore confeſ.

ſionis non habeat propoſitum peccandi Io.de ſic.definitionis pœnitentiæ.aut ignorat.quaſi dicat non verè pœnitet.P.

Sane. Nefanda id eſt mortalia perpetranda.i. perpetrari poſſe quadam ſecuritate eleemoſinarum Pe.de peccatis præteritis videas,quod legitur,& notatur.cxvij.diſt.c.j.verſ.ipſa verò in gl.ſic intellige &c.vt ea.ſ.mala.Guid.

SVMMARIVM.

1 *Quæ circa eleemoſinam ſint conſideranda.*
2 *Quotuplex eſt eleemoſina,& de hominis officio.*
3 *Quis ſeipſum poßit cognoſcere.*

1 Qui vult. j.ad Corinth.xv.ordinatè.no.†quòd circa hæc tria ſunt conſideranda,ſcilicet iuſtum, ordo,& intentio.iuſtum,vt de iuſto fiat non de illicitè acquiſitis.j.q.j.non eſt putanda,vbi de hoc,& ibi plenè dixi, ordo vt primo ſibi deinde proximo, vt hîc ſequitur, & in euangelio. Matth.vij.& Lucæ.vj.hypocrita,eijce primo trabem de oculo tuo,& tunc proficies,vt educas feſtucam in oculo fratris tui.& Salomon miſerere animæ tuæ &c.vt hîc ſequitur intentio recta,vt fiat propter Deum.non ad vanam gloriam,vt ſicut ait Greg.vnde cœlum mereri poterat inde minimũ tranſitorij ſermonis quæratur ſecundum Rai.†Quæratur in verbo eleemoſinam quotuplex eſt eleemoſina.dicas quòd eleemoſina eſt triplex.prima conſiſtit in cordis contritione quando aliquis ſeipſum offert Deo iuxta illud miſerere animæ tuæ &c.vt ſequitur de hac cantatur in eccleſia.ſicut aqua extinguit ignem,ita eleemoſina extinguit peccatum vnde eccleſiaſti.iij. ignem ardentem extinguit aqua,& eleemoſina reſiſtit peccatis,Secunda conſiſtit in compaſsione proximi,qua compatimur alienis aduerſitatibus tanquàm noſtris de hac Iob. xxxj. mecum creuit miſeratio,& ab vtero matris meæ egreſſa eſt mecum.Tertiò conſiſtit in largitione manuali,& aduocatione,ſcilicet quam debent præſtare aduocati in cauſa miſerabilium perſonarum cura corporali,& ſpirituali, & habetur in quocunq; conſilio,& ſubſidio impenditur proximo de hac dicitur in euangelio Lucæ.xj.date eleemoſinam,& omnia munda ſunt vobis.i.date eleemoſinam ſuperflua quæ habetis, & ſic ex alijs retentis nullam immunditiam cõtrahetis,ita ſolet exponi de eleemoſina corporali.& Ambro.paſce famelicum &c. lxxxvj.diſt.c.paſce.Prima eleemoſina maior eſt alijs: nam illa offert ſe quis Deo,tanquàm holocauſtum,id eſt totum incenſum:ſed in alijs duobus offert ſe tanquàm ſacrificium i.hoſtiã particularem ſecundum Rai.de hac etiam legitur.xlv.diſt.tris &.c.ſequen.& vide quod dixi.ſ.eadem.q.j.c.non ſufficit.in fine.&.c.quamobrem.dictum eſt.Eccle.c.xxx.Guid.In gl.vt habeat in fine.adde debet enim homo peccator primo conſiderare quid eſt in natura.quia animal rationale mortale,vt ſicut dicit beatus Bert.mortale temperet rationale ne fortè in ſuperbiam eleuetur,& rationale mortale confortet ne in deſperationem labatur.item quid ſit in perſona.item qualis in conditione de hoc dicit beatus Ber.ad Eugenium Papam à te inchoet tua conſideratio ne fruſtra ad alios extendaris te neglecto noueris,licet omnia miniſteria lata terræ alta cœli,profunda maris,ſi te neſcieris ſimilis eris viro ædificanti ſine fundamento

3 ruinam faciens non ſtructuram.P.In glo.†in libro in fine.adde dicas quòd is qui ſibi diſricet ille eſt qui ſe cognoſcit,& videt ſuos defectus.vnde Auguſt.ait in perſona domini ô homo ſi te videres,tibi diſpliceres,& mihi placeres:ſed quia te non vides, tibi places, & mihi diſplices: ſed venient dies in quibus mihi,& tibi diſplicebis,mihi:quia damnaberis tibi: quia ardebis.P.

SVMMARIVM.

1 *Venalia peccata quo modo tollantur,& ieiunij effectus.*

De quotidianis. Pater noſter.Matth.vj.c.quotidiana peccata non qñ quis eſt in mortali peccato conſtitutus,vt not.ſ.ea diſt.j.c. perfecta: dimitte.Matth.vj.In.j.gl.ibi,immortalia.adde,ſcilicet aſſiduitas facienda venialia eſt mortale.P.In glo.quia.non in fine.adde,& not.quòd pater accipitur pluribus modis, vt dixi.xxij. q.ij.§.ſi.In glo.nota,quòd in fine,adde,vt de conſecra.diſtin.ij.

1 cum omne.&.c.qui manducat.&.c.ſeq.&.c.omnia.†Item delentur iſta venialia,& minima per confeſsionem factam ſacerdoti.item proximo.ſ.ea.diſtin.j.quem pœnitet.&.c.vltimo. & j.ea.diſt.vj.c.j item per baptiſmum.ſ.ea.diſt.j.tres. item per ieiunia ad hoc.j.ea.q.vj.c.j.verſi.laboret.lxxxij.diſt. præsbyter:nam ieiunium viui liberat animam mortui.xiij. q. ij.animæ.Item per per eleemoſinarum largitionem.ſ.eo.ſanè.&.ſ. ead.diſt.j.c.medicina.&.c.ſequen. &.c.quamobrem.item per orationem dominicalem,ſcilicet pater noſter.ſ.ea.diſt.j.c.tres ſunt actionem.Item per deuotam pectoris tunſionem in eccleſia,vt ibi.Item per generalem confeſsionem in eccleſia, vt ibi. Item per generalem cõfeſsionem in eccleſia facta,ſcilicet confiteor Deo.Item per benedictionem Epiſcopalem.ſ.j.q.j.dictum cum concor.per extremam vnctionem,vt.xcv.diſtin.§. oleo.extra de ſacra vnctione.c.j.§.j.item per cordis contritionem.ſ.ea.di.j.c.vltimo.&.j.ea.diſtinct.vij.c.vltimo.item per benedictionem quam dat ſacerdos poſt miſſam de qua habetur de conſe.diſt.j.cum ad celebrandas.ad hoc op.ar.xcv. diſt. ecce ego.&.j.q.j.c.dictum.nam ad quid benediceret ſacerdos populum,vt ibi dicitur niſi aliquid ipſa benedictio operaretur ad hoc not.Hoſt.extra de pœ.& remiſ.c.omnis.in prin. & in ſumma.eo.ti.§.de quibus peccatis.In glo.C.de nupt in fine. adde:nam ſuperiores debent eſſe miſericordes ſubditis ſi veniã volunt digni videri,vt hîc dicitur.Sciendum eſt autem,ꝙ circa materiam remiſsionis peccatorum venialium, & cauſæ remiſsionis eiuſdem propoſueram hîc formare plures quæſtiones cum acceſſorijs earundem.ſed finaliter ſufficit mihi ꝓ nunc remittere ad ea quæ ſcripſi in ſumma de ſacramentis per me nouiter ędita. in.vij.parte.viij.vbi de hoc plenè reperies.

Tertia pars.iij.diſt.tract.de pœ.

NIhil prodeſt. Hîc incipit.iij.pars tertię diſtinctionis de pœnitentia in qua dicitur,ꝙ oẽs authoritates,quæ dicunt,quòd prima pœnitentia non eſt reiteranda de ſolenni ſunt intelligenda Io.de.alle.ſ.e.ille.pœnitentes.ſ.eo.pœnitentes irriſor.ſ.e.irriſor.Eſa.c.j.lauamini.ſ.e.di.qui.qui admiſſa.inanis.ſ.e.diſt.inanis.illud.ver. reperiuntur.ſ.e.c.ij.Guido.

Quamuis. Humile.i.quæ cum humilitate debet agi. H ſemel in eccleſia ſcdm conſuetudinem aliquarum eccleſiarum.H.Deo,vel Papæ dicere facit.Iob.ix.

Quarta pars.iij.diſt.tract.de pœ.

HAc authoritate. Hîc incipit quarta pars tertiæ diſtinctionis tractatus de pœ.in qua dicitur ꝙ in pœnitentia ſunt gradus,ſicut in charitate &c. Io.ſatisfactio quoq;.ver.j.illa authoritas, quæ ponitur.ſ.e.ſi apoſtolus Io.viij.definitione.ſ.pœnitentię illud aõt.ver.tradidit.ſ.ea.di.ij.ſi enim.ſcdm.ver.iuxta ſcdm.verſi. illud aũt.G.venię.i.quia ingratus fuit dño qui ſibi fecit veniã peccatorum redeundo ad peccata.P.eiſdem peccatis, ſi quæ. ver.ſicut enim,ver.In gl.mulier.in fine.adde ſub.non ſignificatiuè.i.verba iſta ſuperius poſita.

Quinta pars.iij.diſt.tract.de pœ.

QVod autem. Per pœnitentiam. Hîc incipit quinta pars.iij. diſtinctionis tractatus de pœnitentijs. in qua probat magiſter per.iiij.authoritates,ꝙ per veram pœnitentiam dimittuntur peccata.Io.de.

Septies

Septies. Cadit.prouerb.xxiij.&.xviij c. Lucæ.xvij. ſi cadit.ver.ſed iuſte.verſi.non amittit.i. dicitur non amittere.reſurgit.lvj.di.nunquàm.xxxij.q j.quod autem. in fine.& non ver.donantur.Matth.xviij.&.ĩ.e.ille.ver.peccatum.plus donatur.lucæ.xvij.c.In gl.j.affligitur.ibi,tribulationum.adde dic hoc non eſt intentio literæ,nec propter hoc inducitur:ſed ſecundum quòd cadit in peccatum,vt ſequitur in alia gl.ſecundum.P.dauid adulterij.ij.reg.xj.homicidij.ſecundi regum.xij.

SVMMARIVM.

1 *Hiſtoria de Dauide,& Berſabe.*
2 *Iuſtificare quid ſignificet? & impius quid ſignificet.*

Totam pœnitentiam. Ingreſſus eſt ad huius intelligentiã ſcias
1 † q Berſabe mulier erat aliena vxor cuius mulieris pulchritudine ſanctus Dauid rex,& propheta captus eſt cum iam in pace erat,& ſtans in ſolario eam nitidam ex oppoſito,& bene lotam videret vocauit eam ad ſe,& introiuit ad eam,& ſanctificata eſt mulier ab immunditia ſua.i.concepit,vidẽs ergo Dauid q non poſſet celari adulterium eius,virum eius Vriam ab exercitu vocauit,vt ille ad eam intraret,& ſic adulterium lateret.Cum autem ille ad eam intrare nollet ſcripſit per eum ad Ioab principem militiæ ſuæ,qui præerat exercitui,vt in qua parte grauius bellum incumberet ipſe Vrias poneretur,& ſic periret,quod & factum eſt,& ille occiſus eſt,& ſic ſanctus Dauid homicidium ex adulterio addidit:poſteà verò Natam propheta miſſus eſt ad eum à domino,vt eum redargueret,de tãto commiſſo.Dauid.l.di.§.è contra. propheta.ij.regum.xij. miſerere.vox prophetæ poſt perpetratum adulterium,& homicidium cum veniret Natham ad eum,& graui pœnitentia duceretur,ſic orantis,Domine Deus miſerere mei.i.adhibe mihi piam affectionem tuam non paruam:ſed ſcdm tuam magnam miſericordiam.i.mihi adhibe magnam miſericordiam, & piam affectionem tuam:quia ipſa vera eſt magna qui confitetur magnam miſericordiã magnam rogat miſericordiam.q.d.graue valde eſt,q ab eo:ſed ad omnipotentem confugio, de meo lætali vulnere deſperarem,niſi tantum medicum reperirem.laua me.q.d.abluis illos,qui ignoranter peccant: ſed amplius laua me ab hac iniquitate mea, & cæteros qui ſcienter peccant,vel laua me amplius.i.non ſolum ab actuali iniquitate mea:ſed etiam ab hoc peccato,& alijs peccatis meis plus dicit,quàm prius.Poſſunt enim quidam lauari,& tñ non perfectè mundari,& ideò tu ignoſcas:quia ego cognoſco,hoc eſt qd dicit,quoniam iniquitatem meam ego agnoſco,vt à te ignoſcatur,& poteſt ſic ſimpliciter continuari,verè debes me mundare,& lauare quoniam ego quantum valeo idoneũ me reddo,quoniam iniquitatem meam ego cognoſco,vt à te agnoſcatur.& ita agnoſco quòd peccatum meum non poſt dorſum meum eſt obliuiſcendum:ſed ſemper eſt coram, & in conſpectu meo ad puniendum me.tibi ſoli peccaui.q.d quia iniquitatem meam ego agnoſco,& peccatum meum contra me eſt. ergo domine miſerere,dele,laua,& munda:quòd ideò te rogo quia ego cum ſim rex,tibi ſoli peccaui.peccaui inquàm tibi, & malum.ſ.adulterium,& homicidium,quòd alios celare potui,coram te feci.i.latere non potui,ergo miſerere,dele,& laua me,& ideò miſere,vt iuſtificeris &c. vel dic ab iniquitate homicidij.H.peccato adulterij.ego agnoſco,non nego,nõ diſſimulo,non erubeſco confiteri.H.coram.aliâs contra.tibi ſoli i.à te ſolo puniendus.H.& malum, homicidij,& adulterij, vt iuſtificeris.loquitur contra illos,qui dicebant q propter peccata Dauid Deum non implere permiſſionem ſcam:nã promiſerat de ſtirpe Dauid naſciturum.q.d.ideò mũda me ne macula mea impediat veritatẽ tuę promiſſionis.iuſtificeris.i.
2 † verax reperiaris.H.in ſermonibus tuis.qui ſunt de promiſſione Chriſti quã mihi feciſti,& vincas.i.conuincas,& oſtendas illos mũdatos iudicans ab eis non facere,quod promiſiſti ſcdm H.concluſit.ad Roma.xj.ad Galath.iij.proficit.dicendum in pœnitentia.docebo.confirma me inquàm:quia ego confirmatus non ero ingratus:nam docebo verbo,& exemplo iniquos quoſlibet & per me,& per ſucceſſores meos.vias tuas.i.opera tua,& ſic non ſolum iniquos docebo:ſed etiam impubes,id eſt idolatras:quia proponam me exemplum eis.ne deſperent, & & ſic impij.i.ille aliæ tutes ad te conuertentur,confeſſio peccatorum vera,& ſic pulchritudo.i fidei illuſtratio quia enim cõfeſſus eſt,factus eſt pulcher.i.iuſtus,& illuminatus.P.corã eo. i.beneplacito eius.P.de pſal.corruptę ſunt.i.reuocatę ſunt, & putruerunt.i.fœtidę factę ſunt.caro enim quæ eſt putrida fœtet.& no.q cicatrix dicitur qñ vulnus eſt ſanatum nos ſuſcepimus vulnera,Adam peccante quę fuerunt ſanata,& factę cicatrices Chriſto in cruce patiente,quę cicatrices rurſus fuerunt corruptę,& apertę qñ relapſi ſumus in peccatum,vnde dicit cicatrices meæ ſunt corruptę,& ideò putruerũt.In gl.quoad culpam,ibi,pœnam.adde.ſ.temporalem ĩ.e.di.j.ſi peccatum. In gl.quoad ſufficientiam.in fi.adde vel dic omnibus.ſ.iudęis, & gentibus non q nullum damnaturus ſit in falſo quidam opinantur ſcdm.H & Lau.in gl.liber in fine.adde,& dicitur ab hypo qd eſt re,& logos q eſt ſermo quaſi ſermonis relatio.i.reſponſio.Guido.

SVMMARIVM.

1 *Quando eſt confitendum, & peccatorem eſſe furem nu.3.*
2 *Iniquitas ad quæ refertur,& de tribus eius differentijs.*

1 **Ille rex.** Præmatura.i.valde matura.confeſſione:† nam qñ poſſibilitas adeſt ſtatim debet quis cõfiteri. ſicut in reſtitutione dicimus ar.extra de ſimo.matthęus. in fi. xiiij.q.vj.ſi res in prin.& in fi.nam quilibet debet eſſe in tali ſtatu in quo pœnitentiam agat,& peccatum ſibi remittatur.vn. eccle.v.c.ne tardas conuerti ad Deum,& ne differas de die,in diem ar.ad hoc extra de ſimo.cum in eccleſiæ.extra de conſue. c.vlti.nam peccator eſt fur,quia animam ſuã furatur Deo,& fur ſemper eſt in mora,& ideò cum detinet alienum ſemper auget peccatũ.ff.de condi.fur.in re furtiua.Alij dicunt,vt no. ĩ.di.vj.in ſumma.iuxta finem.& ibi etiam dicam.i.reddidit.i. confeſſus fuit.deniq;.ver.vt Natham.diceret.ij.reg.xij.ſancti qui.ſecunda pars.geſtiunt.i.concupiunt,& pro.i.in centina.ad bene operandum.cumulaſſe.i.augmentaſſe.non ſoluitur.i.nõ videtur ſolui:ſed quaſi continuus ex quo fortiore reſurguñt,& obtinent,& iſti dicuntur peccare dno.ĩ e.di.j.c.&vount.inoffenſa.i.integra,non diminuta.certamina.i.pręmia certaminis. pleriq;.currentes in agone.agonem.i.certamen.cenſeri.i.dãnari.lo.ſ.cecidiſſe quem peccauit.ver.cõditionis.i.fragilitatis eſt. cõis,quia communiter,& generaliter omnes labuntur:ſed ſpiritualis:quia nõ omnibus:ſed quibuſdam datur reſurgere per confeſſionẽ,naturę eſt.ſ.humanę.i.fragilitatis.i. conſuetudinis.peccatum,tertia pars.ſimiliter.ver.licet.q.d.dixit.q iniquitas eſt habitudo mentis iniuſtę,& ſic peccatum,ſeu vitiũ. ſed Io.videtur dicere q ſit peccatum Io.in Epiſtola.jĩ.e.c.iij opus
2 eſt iniquitatis.† iniquitas ad mentis acerbitatem referſ,peccatum verò ad prolapſionem corporis,præcedit enim iniquitas ſequitur peccatum:ſed grauior eſt iniquitas tanquàm mala.itẽ peccatum quod admittit piaculum,q admiſſum expiatur.Iniquitatis tres ſunt differentię ſuggeſtionis,delectationis,cõſuetudinis totidem etiam ſunt peccata verbi,operis,conſuetudinis,iniquus dicitur eo quòd non ſit æquus:ſed prauis operibus maculatus,quamuis Chriſtianus ſecũdum Papi.peccatum eſt. iiij.pars.radix.i.origo,ſeu principium iniquitatẽ.i.vitium animi.In.j.gl ibi,qualitas.adde aliâs vitium.In glo.arg.quòd non ibi,primũ.adde extra de pur.cano.c.vlti.In gl.minuitur. in fi. adde qd no.ĩ.e.di.c.j.ſi peccatum.in prin.Gu.In gl.i.per bona opera.in fi.adde licet enim peccatum ſit damnatũ,& deletum non tamen videtur eſſe tectum,imò nudum,& apertum quouſq; congrua ſit ſatisfactio facta,vt ergo Deus donat peccatum,& homo delet interius per cordis contritionem,& tegit exterius per confeſſionem,& operis ſatisfactionem.P.In glo.j.ex iniquitate.in fine.adde hîc videtur Ambroſius expo-
3 nere quare Io.dicit quòd peccatum eſt iniquitas.Guido † vtrũ autem peccator teneatur confiteri ſua peccata ſtatim quòd habet oportunitatem de quo.ſ.tetigi. ſcripſi pleniùs extra de pœniten.& re.c.omnis.in.xj.q.

Illud verò Obtulit.ſecundo reſpon.c.vltimo.quid fecit quaſi dicat non peccauit. facto.i.dicto ſacrificio.dignus.i.vt ſacrificaret.H.necmirum.ver.peccati ſui.quod contraxerat pro muneratione populi ſui. H.offerendo.xlv.diſt.diſciplina pecata diluerit.exo.xxxiij.c.texit.ſcilicet Dauid,ſi quis.aliâs ſed remittuntur.id eſt mitigentur io baptiſmo.iniquitates,id eſt peccata originalia. H. tegantur. per pœnitentiam,& bona opera,vt non videantur, adeò, id eſt,vt oon puniantur peccata actualia,ne,aliâs vt non à domino.ſub.dicens.ſi dicit.verſi.coram.aliâs contra remiſſum eſt, quoad reatum,& pœnam æternam,omne peccatum:quia de omnibus contritus fuit propheta.ſecundi regum.xij.c.imputatum eſt.ad mortem æternam.deniq;.ver.non fuit in eo Hu. improbitatis.ęſtus id eſt improbus æſtus,& impetuoſus.H.miniſterij,id eſt occultæ ſignificationis.lauachrum.ſcilicet pœnitentiæ.H.dilexit.multum.Lucæ.vij.

Sexta pars tertiæ diſtinctionis tractatus de pœniten.

ECce cuius. Pœnitentia. Hîc incipit ſexta pars tertiæ diſtinct. tractatus de pœniten.in qua intendit magiſter probare,quòd etiam iuſti quandoq; cadunt,& reſurgunt,& probat hoc per quatuor capitula lo.de fict.hoc.ſ.c.proximo.per prophetam.Natham.ij.regum. xij.proſtrata.ſecundi regum.c.ſi.Achab.ver.impetrauit.verſi. iij.regum.xxj.c.in fine.Gui.

Achab Impijſſimus.iij.regum. xxj.c.vineam.xxiij.qō. viij.conuenior.ver.nabute. & cum propoſito eſt Iezabel,vxore ſua,hoc dixit.iij.regum.xxj.ante muros.iiij. regum.ix.c.Iſraël,ſcilicet de qua erat ipſa Iezabel, quòd cum. ver.in cilicio. & ita humiliatus Iacob fuit Achel de hac humilitate,& alia dixi xxij.q.ij.cum humilitatis,ibi videas.Heliam iij.regum.xxj.&.xxij.c.vnum ſcœlus.id eſt ſimili iudicio.iij. regum.ix.c.Gui.

Talis. Non potuerit,ſcilicet morte,vel alio iuſto impedimento impeditus,& eſt.arg.quòd ſi quis non poteſt explere pœnitentiam ſibi iniunctam ab eccleſia in hac vita,& ob hoc: quia non expleuit illam in alia vita nullā patietur pœnam.P.quantuncunq;. ratione temporis non meriti: nam non poteſt eſſe minima,ſi cum charitate fiat, & ſimiliter expone quod ſequitur ex igne.P.hoc enim.ver.Eſaias.xxj. & xxv.percuſſi eum.per Aſsirios,per Caldeos,per Romanos.H. quaſi dicat tu occidiſti dominum tuum,ſcilicet Ioram filium meum.ſicut Cayn interfecit dominum ſuum Helam, & eadem pœna puniendus es.Sanam per pœnitentiam,& conſolatus reddendo gratiam ſpirituſſancti quis paracletus,id eſt conſolator dicitur euidentius.ver.Rex Achab.prædam,& niueā nabutæ,quam immoderatè cupiebat.P.ad Helyam. prophetam.iij.regum.xxj.c.In gloſſ.poteſt ergo,ibi, authoritas. adde ſcilicet Dauid.In glo.ſed quomodo.ibi,eum,adde ſcilicet nabutæ.Guido.

Sicut Achab. à propheta.tertio regū.xxj.Achab. iij.reg.xxj.c.in quibus.ver.in reprobo,id eſt præſtito ad mortem,tunc tantùm bono per charitatem,& præſentem iuſtitiam.P.diſplicebat.quoad futura mala id eſt futurus erat diſpliciturus,vel qui diſplicebat, id eſt qui præſciebatur eſſe futurus malus,& ideò tunc diſpliciturus.P. Niniuitæ.in euangelio:Mat.xij & Luc.xj.c.Ioſue.iij.c.ſed qua licet ſecunda pars,aliâs qualis libri regum.iij.reg.xxj.&.xxxij. c.de quo.ver.arbitrio,id eſt amore,& deſiderio.conuertit. ad malum eius Achab.de Niniuitis.ver.

Sicut. Ait.quia poſt longo Hu.fuiſſe.ſub. paternarum. Naum ij.&.iij.c.in principio.ſubdit Hieroni.& id qnod loquitur,& prologus Hieronimi ſuper Naum. & hîc videas Guid.

Naum prophetā. Verba Hieronimi qui de eadem ciuitate prophetauerat, de qua Ionas,ſcilicet de Niniue.H.ante aduentum, ſcilicet in Iudæam ad captiuandum populum Dei,Regis,ſcilicet Salmanazal tranſtulerat,antequàm Niniue ſubuerteretur.H.in fine. Naum.iij.c.lectionis.i.prophetæ.Io.ſcilicet Naum.H.implicuerunt,poſteà qua de cauſa:quia ſta mali Niniuitę futuri erāt propheta Naum zelans.Naum.ij.&.iij.c.in principio. In glo. ergo conſtrue.in fine.adde ſub.& hoc ideò dicit quia licet Niniuitę egiſſent pœnitentiam de peccato propter quod Ionas, aliâs Naum annuntiauit eis ſubuerſionem,tamē poſtmodum peccauerunt,propter quod captiuati fuerunt à Medis.P:

Septima pars tertiæ diſtinctionis.tractatus de pœniten.

ITem quod Frequenter. Hîc incipit ſeptima pars tertiæ diſtinctionis tractatus de pœniten.in qua probatur,quòd non tantum ſæpè:ſed & frequenter peccans,& pœnitens habet veniam Io. de fict.

Adhuc inſtant Perfidi hęretici ſapiunt,id eſt inquirūt peccata,id eſt pœnas peccatorum.gratia.remiſsionis.errant.ver.ſentiunt.ver. ſecunda ratio hæreticorum,dixerit.Io.v.c.ſ.e.di ſi apoſtolus.quòd autem ver.debiles ad literam,vel debiles ſpiritualibus,fortes in terrenis de quibus legitur.xlvij.diſt.omnes.P.In diuerſis,ſcilicet ſanatis in diuerſis temporibus Hieronimus enim.verſi.ne deſperet,ſcilicet de venia.ſępè peccator,id ſæpè peccans.non deſcribitur,id eſt non legitur.videmus.verſic.febricitantes in corpore,quomodo enim.ver.ab ipſo Deo,redempta ſanguine Chriſti,ſe vocat Lucæ.v.c.oportunum,id eſt vtilem.memor. ver.promiſit.per prophetam.alij.ver.promiſsionibus. declarat Matth.x.& Lucæ.xij.c.confeſſus.obijciēdo corde,ore,opere.ſaluus erit ad Ro.x.bonis ſpiritualibus.vmbra mortis.i. in vitioſa vita,quæ eſt imago futuræ mortis,vel.i.ipſis peccatis quibus homo obumbrat,& ducitur ad mortem. P. hunc magiſter.ver.per Epiſtolas,ſcilicet primam.ter in literis,id eſt per tres epiſtolas,primam non habemus quorum Io. vltimo. ſcimus autem.ver.in ſeptuageſies ſ.e.ſepties.iſti.hæretici iactare audent.Io.iij.prouerb.xx.in multis verba Iac.iij.quapropter.ver.nunquàm.i.aliqun tempore,aliqua mēte.& facit hæc litera in argu.ad id quod dixi.l.diſt.§.poteſt etiam aliter. &.c. quamuis.in fine.ibi videas.ad idem.ſ.diſtinct.j.multiplex.verſic.mediator.&.xxvj.q.vj.cognouimos in fine.inquiris.tu hæretice qui negas pœnitentibus indulgentiam.apoſtolus ſenſerit.j.ad Corinth.iiij.c.lauaſſet.Io.xiij.c.in hoc facto.intelligitur ablutio venialium.offenſio,ſaltem in venialibus dimitte. Matth.vj.c.miſericors peccata dimittendo.In glo.in ſecunda, ibi ad Corinth.adde.vij.c.Guido.

In tantum. Super tales qui pœniteant ſolem ſuum.i. gratiam cōpunctionis ſecundum.B.vitæ ac ſalutis.i.ſalutiferæ;vitæ.H,patientiæ,aliâs pœnitentiæ.ſi vixero.quoad Deum.H.melius.i.ſanctius,qui operit. Iac.ij.c.In gl.vbi eſt in fi.adde idem Laur.In gl.j.ſolennis infi.ade alâs ſuſcepta,& habita.

Octaua pars tertiæ diſtinctionis tractatus de pœniten.

SIue autem. Aliquis.Hîc incipit octaua pars tertiæ diſtinctionis tractatus de pœniten. in qua oſtenditur, quæ ſit vera pœnitentia,& quæ ſit falſa, & q ſemperværè pœnitenti datur indulgentia: ſed falſa nunquàm

falſa nunquã datur & hoc probat per.vij.capitula.Io.de fic.au-
thoritati aduerſatur. Matth.xviij.c.& Ezech.xxiij.c. quæ autẽ.
ver.¶ In glo.legitur.ibi.Leuitico.adde.ix.&.x.c.

SVMMARIVM.

1 *Quæ debent interuenire, in imponenda pœnitentia.*
2 *De officio ſacerdotis, in imponenda pœnitentia.*

Inter hæc. Vult ſecunda pars.exuuias.i. indumenta.er
roris.i.peccatoris.diſcedat de hac vita,& flã
ma.i.ardor,& incendiũ,quoniam inſtigatur ad malum. depa-
ſcit.i.corrodit,& excruciat.H.exurit. & ad veram pœnitentiã
illam aſcendere,non ſinit.H.prçponderant.i.magis diliguntur
& appetuntur,vel.i.magis alliciunt, & attrahunt ad ſe, quam
illa,& ſic magis ponderant.ſeueris.i.vtilibus. triſtibus. talia in
vera pœnitentia conueniunt,nam pœnitens etiam à licitis ab-
ſtinet...propera.i. præſentia tempora
lia.aliâs præparata.iudicat.i.delibera capiat, aliâs eſt tantũ in-
cipiat.præcipitat.& ideo bonus non ſequitur effectus,vnde di
citur. iniquitatem. odio habui.ſ̃.xxvj.q.vlti.affectũ.quę aliâs
quia prçmitur.aliâs reprimitur.ſera.propter illa ſerò ventura.
tardior.quia tantum illa inoita percipitur fructus illorum,ſed
ſpes futurorũ habetur in hac vita.P.imprudentia. ad mala fa-
cienda.ſanctis ſanctorum.i. in ecclesia. ſacerdotes. tertia pars,
Aaron.ſ.prælatus.vaſę.i.corde.fœtido.fœtore vitiorum.oleũ.
1 pietatis.vinum.diſcretionis,† & per hæc duo deſignatur pœni
tentia,quia hæ duo debent interuenire,in ea imponenda.xlv.
di.c.diſciplina.P.peccatũ.ſ.vicus.q.d.aliâs hoc vocat ignis.ver.
aſſumit.i.conſumit,flagellat & cruciat.abinde.ſ. conſumpſit.ſ.
corporaliter.ſed iſtos ſpiritualiter.P.qui ergo.quarta pars.mũ
dam.à peccatis.remoueat.de corde ſuo.illi.igitur.ſ.ſpiritus ſan-
cti.ſiccauit.i.ceſſare fecit hæmorrhoides.i.patientis fluxũ hæ-
morrhoidorum. Ambroſius in ſermone quodã dicit,hanc fuiſ
ſe martham per ſanguinem.Luc.viij. Matth.ix.ſiccauit.i. dele-
uit latronis. Matth.xxij.Luc.xxiij.conſumens.vitia,& peccata
& hoc habetur ad Hebr.xij.in fine.peccaui. Matth.xxvij.c. iu-
ſtum.ecce iudas habuit reſpectum ad iuſtitiam Dei, nõ ad eius
miſericordiam,ad quam ſi reſpectum habuiſſet,non deſperaſ-
ſet vnde ipſum non tantum damnauit ſcelus quantum deſpera
tio. Vnde Aug.in origi.ſuper Io.dicit breue verbum peccaui,ô
tres ſillabæ quæ aperiunt cœlum,& portas paradiſi,aude dice-
re peccaui,non te terreat pudor hominis,non timor demonis
non deſperatio de enormi peccato. Iudam enim non tantum
ſcelus,quod commiſit,quantũ deſperatio de venia dãnauit.
ignem alienum.i.ſuperbiam & indignationem & deſperationẽ
non pura mente.cum ea ignem alienum haberet. non auferũt
i.non ſuis precibus non debent.poſſunt epulari.i. eius peccata
comedere.ſacerdos.i.Chriſtus. ait. Ioã.iiij.c. vt peccatores.q.
d.conuerſio peccatorum,& pœnitentia eſt meus cibus in deſi-
derium,& delectationẽ,quia in talibus ego delector, ſicut ho-
2 mo in optimo cibo.P. ¶ in gloſſ.i. vitium in fine† adde multi
enim propter fragilitatẽ naturæ terrentur à pœnitentia : quia
timent ne ferre poſſent aſperitatem pœnitentiæ,tales hortan
di ſunt,& in ipſo onere pœnitentiæ adiuuandi.de pœni.diſ.vj.
qui vult.& hoc multum peccant ſacerdotes,quia non conſide
ratis viribus peccatoris nimis grauem imponunt pœnitẽtiam,
quod facere non debent.xxvj.q.vij alligant.Pe.In glo.quia pu
dor.ibi,ea adde.ſ.huius pœnitentia.¶ In gloſſ.i. intendere.ibi,
aut nulla.adde,& eſt ratio,quia dũ videt & cogitat tarde ea ve
nire retrahitur ab effectu pœnitentię,ad hoc bene facit cõcor.
hîc allegata omnes ſecundum.P.

Inter hæc yrcum. Alterius doctrinæ.i. per quẽ
deſignatur extranea doctrina
hæreticorũ,quia.ſ.cauſa quare Moyſes fuit iratus & quare,re-
darguit filios Aaron quibus.ſ.ſacerdotibus. in eccleſia. vt ibi,
pœnitentiam fieri ſaci, aut quia extra eccleſiam non eſt locus
ſacrificij.j.q.j.extra conſtituit. Matth.xvj.oblata eſt. in ara cru
cis.obtulit.ad Roma.vj.ad Heb.ix.ſacrificiũ corporis Chriſti
in ꝓpitiationem.i.in remiſsionem.&ad hoc de conſe.diſt.iiij.
quomodo.addit.Moyſes.Leuit.x.peccauerat. Nadab & Abiud
apponendo ignem alienum.oblatio.i.hoſtia oblata.oblata eſt.
i.cunſumpta eſt.cum ipſis irritat.i.prouocat ad vindictam. di-
ſciplinę.ſ.dator.Pe effugiet.Sapiẽ.j.c.fictum.ſ.hominem. ¶ In
j.glo.ibi,illud.ſ.adde,ſub ſignificat Guido.

Iudas. Pœnituit. Matth.xxvij.ſed malè.quia in peccatore
habuit ignem alienũ.ſ̃.eo.inter hoc hyrcum. pœni
tuit.Gene xxvj.&.xviij.c magis.correctiuũ eſt. Laur. interuẽ.
aliâs inferne.i.obſcurè,vel tenebroſè. imprudentia.i. ſtultitia.
audiuit ver.fratres mei Gene.iiij.c.nonne. verſi.dixit Gene.iij.
quoniam nudus.ſ̃.eo.di.ij.vt cognouerunt. magnum eſt.verſi.
¶ In.j.glo.in fine.adde.ſ.Hug.intelligit de Eſau. quòd non pœ
nituit rectè de odio concepto contra fratrẽ,& tunc dic. lachry
mæ.ſ.quas fudit,cũ audiuit à patre,quòd Iacob frater ſuus ſibi
fraudulenter ſubripuit benedictionem,& ſecundum hoc poni
tur.iſto.ſ.vterq;.P.¶ In gl.arg.ex ſequentibus.adde vbi de hoc.
¶ In glo.ſ̃.di.j.ibi,ſolue.adde.ſ.in prædictis.verſi.item illud.&
huic etiã. Vt in fine.adde,ſub.& in quo caſu loquitur prædictũ
c.videlicet,quòd loquitur in mala memoria peccatorũ.Guido.

SVMMARIVM.

1 *Officium eorum qui ſunt eccleſia & Babilonia quid importet,*
2 *Auari homines,per quæ denotantur, & Cantica Letitiæ ſunt ſuſpen-*
denda tempore aduerſitatis.
4 *Paruuli qui dicantur.*
3 *...*
5 *...*

In ſalicibus. Salices dicũtur,ꝙ cito ſaliant, & creſcãt
ſecundũ Papi.† Et ad huius declaratio-
nem nota quòd omnes qui ſumus filij eccleſiæ noſſe debemus
vnde ciues ſumus,vnde peregrinamur, quandiu hîc ſumus pe-
regrinationis noſtræ cauſam eſſe peccatũ, reuerſionis aut mi-
nus remiſsionẽ peccatorũ,& iuſtificationẽ gratiæ Dei.duas ci
uitates permixtas ſibi interim corpore & ſeparatas corde cur-
rere per iſta volumina ſeculorũ,vſq; in finẽ mundi.Altera quę
vocatur Babilonia,quæ interprętatur confuſio, cuius gaudiũ
eſt pax temporalis,altera dicta Hieruſalem,quæ interprętatur
viſio pacis,cuius finis eſt pax æterna. Hieruſalẽ ſub Babilonia
captiuã teneri non totam,ſed attinet ad homines prædeſtina-
tos ad gloriã Dei,per adoptiuã cohæredes aũt Chriſti futu-
ros:qa de ipſa captiuitate redemit eos ſuo præcioſo ſanguine,
debemus etiã Hieruſalẽ ciues noſſe, nunc incipere exire prius
corde per cõfuſionẽ iniquitatũ & charitatem iuſtitiæ, deinde
in fine ſeculi,& tunc corpore ſeparandos hanc miſeriã quã pa-
timur dũ ſub Babilonia captiui tenemur.Exponit nobis pſal-
miſta in ſalicibus,in medio eius ciues Hieruſalẽ habẽt organa
ſua.i.ſacram ſcripturã,& diuina præcepta,meditationem quã-
dam futuri ſeculi.Sed agunt in medio Babiloniæ organa ſua,
in medio eius ſuſpendunt,ſalices ſunt infructuoſæ arbores in
crapidibus riparũ,& irriguis locis plantatæ habentes ramos lu
2 xurioſos latè extenſos,† vbi intelligũtur homines auari,in bo
no opere ſteriles,in quibus ſuſpenduntur organa domini:quia
tales non debent amoueri,ne margaritæ ſpergantur ante por-
cos,vnde propheta linguã tuã adhærere faciã à palato tuo, qa
dominus exaſperãs eſt.Ezechi.iij.c.xliij.di.ſit rector.quòd.ver.
canticum domini.vobis qui eſtis in terra aliena à nobis oufo-
rię,& impugnatiuè quærẽtibus canticum domini, quod tamẽ
eſt cauendũ ciuibus Hieruſalẽ iuxta illud nolite ſanctũ dare ca
nibus.xj.q.iij.c.nolite.&.eo.tit.quando.ſ̃.eo di.j. nonnullę.or
gana veſtra.Hic nota, quòd ſuſpendenda ſunt cantica lætitiæ
propter quatuor cauſas.ſ.tempore aduerſitatis Eccle.xxij. mu
ſica in luctu importuna narratio.Item in miſeriæ huius mun-
di recognitione. Iob.xxx.verſa eſt in luctum cithara mea,& or
ganum meũ in vocem flentiũ.Item coram eis,qui volunt hoc,
in ludum ſuum conuertere. Prouer.xxv. acetum in vitro,qui,
cantat carmina corde peruerſo.Item apud illos qui volunt de-
ridere. Matthę.vij.nolite dare ſanctum canibus.ad idem. xliij.
diſtin.in mandantis.P Si enim.ver.cultoris.i.animę.nõ poteſt.
ſ.terra illa.melius.ver.ſane.ver.intenta. inquantum poteſt.vr-
gent.ſ.dyabolus. non cedat.ſ. ſuggeſtioni dyaboli. præſidium.
virtutum.ad fundamentum.iiij.Reg.c.vlti.Hiere.lij c.Babilo
3 nis.† Not. quòd Babilon ſignificat.iiij.ſ. mundum Eſayæ.xxj.

Babilon dilecta mea poſita eſt mihi miraculum. Itẽ populum gentium in pſalmo, memor ero raab, & Babilonis. Item collationẽ malorum. Apo. xviij. cecidit Babilon magna & facta eſt habitatio demoniorũ. Item confuſionem de peccatis Micheæ. iiij. veniens vſq; ad Babilonem, ibi liberaberis hic autẽ accipitur pro confuſione. P. miſera. q. d. ſic dicens. & dictis euacuandam Hieruſalẽ eſſe hic. Sen ò filia Babilonis. i. tu quiſq; qui ea diligentia, & ea cuſtodia, & ea ſolicitudine teneris ſub Babilonia, quaſi filia tenetur ſub matræ. tenebit. deprimendo. in ſe ne ad effectum perueniant, & dic allidet. i. valde lædet. & ex toto

4 conteret. paruulos. † Not. hic quòd in ſcriptura paruuli dicuntur ſex modis. primo motus, vt hic & Oſeæ. xiiij. dicitur paruuli eorũ elidentur. Item paruuli ætate. Matth. ſinite paruulos venire ad me. Item parui ſenſu. j. ad Corinth. xiiij. nolite pueri effici ſenſibus, ſed malitia paruuli eſtote. Item paruuli affectu. j. ad Corint. xiij. cũ eſſem paruulus, loquebar vt paruulus &c. Item paruuli humilitate. Matth. xxj. abſcondiſti hoc à ſapientibus, & prudẽtibus, & reuelaſti ea paruulis. Item paruuli fidei nouitate. j. ad Corin. xiij tanquam paruulis in Chriſto, lac potũ dedi vobis, & non eſcã. P. paruulos ſuos. i. prauas cogitationes ſuas illicitos motus. j. ad Pet. vel ad Chriſtũ ſuper Matt. xxvij. c. ¶ In glo. ſ. ſui. ibi, intelligiſti. adde, idem no. xxxij. q. ij. ancillã. in fine. ibi videas. ¶ In gloſ. vſquequo. ibi, fundamentum. adde quod eſt fides Guid.

Nihil. Scœlus corrigere. Matthæi. xxvij. ſed quãdoq;. ver. ſi autem. ver. hoc eſt verſi. de eo. ſ. Iuda. 10 pſalmus. Deus laudem hæc oratio, de Iuda dicatur ſecundum Guido.

SVMMARIVM.

1 *An mors Chriſti mortem Iudæ præceſſerit.*

Scelerator. Non reuocauit. i. non reduxerit ad memoriam Dei miſericordiam, quæ ſuperexaltat iudicium, ſed tantum eius iuſtitiam. Vnde non dixit peccaui tradens ſanguinem miſericordem, ſed dixit ſanguinem iuſtũ. P. traxit. Matth. xxvij. & Actu. j. c. criminis. i. mortis Chriſti. quã procurando crimen peſſimũ commiſiſti. informis i. terribilis. læti. i. mortis. ſtipendium, legitur in hyſtoria ſcholaſti. Rub. de ſuſpendendo iudicio. quòd dicit Hiero. ſuper ſpeciale. viij. q. quia magis offendit Iudas Deum, quãdo ſe ſuſpendit, quã in hoc quòd deum prodidit. Et adde quod dixi in glo. ſ. c. inter hoc hyrcum. in glo ecce quòd videas &c. qui Iudas proiectis argenteis in templo, abiens laqueo ſe ſuſpẽdit & crepuit medius. effuſis viſceribus. Actu. j. & in hoc eſt quodã modo delatum ori, quo oſculatus eſt dominum, ne per os effunderẽtur: rupto enim laqueo putatur poſt cecidiſſe, & crepuiſſe. Vtrum ea die ſuſpenderit an diſtulerit dubium eſt. Sed quòd ante reſurrectionem domini, ſuper pſalmis habetur. Quidam tamen dixerũt quòd audita reſurrectione, quã non ſperabat ſe ſuſpendit quod non eſt authenticum. ¶ Io. j. gloſ. ibi, leoni. adde, dicit Hug. quid horum ſit verius dubitatur. Sed ſatis veriſimile videtur ꝙ poſtquã pœnitentia ductus retulit argẽteos, ſtatim ex impatientia doloris, & deſperatione ſalutis ſe ſuſpendit ſecun

5 dum. H Et in fine. adde, iſtæ duæ ſolutiones faciunt ad hoc † ꝙ mors Chriſti præceſſerit mortem Iudæ, cum tamen litera iſta videtur facere in contrarium, ſed ad hoc quòd Iudas non expectauit mortẽ Chriſti, ſed prius deceſſit, & ideo eis reiectis quãtum ad præſens propoſitũ, ita intellige literã iſtã. expectaſſes. i. perfectũ miniſteriũ. ſ. Chriſtũ paſſum eſſe pro redemptione humani generis, & hoc eſt quod ſequitur, & diſtuliſſet mortẽ, donec ſanguis Chriſti effunderetur pro peccatorib⁹. i. effuſus fuiſſe manifeſtaretur per ſigna, quæ apparuerunt eo mortuo, poſt eius reſurrectionem, ſi pœnitens iſſes ad populos, non te ſuſpendiſſes, ſed qa diuiſus, ad diuiſos iuiſti. i. ad phariſeos ideo periſti. j. diſt. vj. c. j. Per.

Nona pars. iij. diſt. trac. de pœnit.

SVMMARIVM.

1 *Qui de vno confitetur, an poßit veniam conſequi.*

HIs authoritatibus. Hic incipit. ix. pars tertiæ diſtinctionis tractatus de pœniten. in qua quæritur, ſi aliquis remanet in aliquo dicatur veræ pœnitere, ſi de alijs pœniteat, ſecundũ mandatum ſacerdotis. Et eſt dicendum quòd nõ, ſed valet ei poſtquã ab illo peccato receſſerit, tamen magiſter allegat pro, & cõtra.

1 Ioan de nau. ſ. c. ſed quæ. ver. iudicabitur. † Cõcludit magiſter, pro alia parte ad hanc. ſ. quòd qui confitetur de vno peccato, licet de alijs non cõfiteatur, poteſt de illo veniam obtinere. Et ad iſtam concluſionem probandam inducit. c. ſequens. concluſio tamen falſa eſt, quia vt hoc. ſ. dicitur per. G. tunc enim incipit eſſe vtilis pœnitentia de vno peccato, cum cœpit de alijs pœnitere. P.

Plurimorum. Verba Amos iiij. quæ inducit Grego. ſuper Ezechie. cũ verba. Grego. ciuitas. i. anima.

SVMMARIVM.

1 *Species conſolationis, & eius epitheta.*

5 Prima conſolatio. † Nota quod triplex eſt conſolatio temporalis. Lucę. vj. væ vobis diuitibus qui habetis hic cõſolationem veſtram, hæc eſt damnoſa, quia impedit conſolationem ſpiritualem. B. delicata eſt diuina conſolatio quæ non datur admittentibus alienam. Item varia propter durationis paruitatem. Ezechie. x. vanæ conſolabantur. Item oneroſa propter faſtidij generationẽ, vnde Aug. bonum tẽporale dilectum vileſcit, cũ aduenit. Iob. xvj. conſolatores oneroſi omnes vos eſtis. Item eſt conſolatio ſpiritualis, de qua Eſaye. xlix. cõſolatus eſt dominus populum ſuum, hæc debetur humilibus ij. ad Corint. vij. qui conſolatur humiles conſolatus eſt nos. Item lugentib⁹. Eſa. lvij. reddidi conſolationes ipſi, & lugentibus eius. & lxj. vt conſolaretur omnes lugentes in Syon. Item Deũ timentibus, vnde de ſimeone. Luc. ij. Simeon iuſtus & timoratus expectans conſolationem iſrael vel cœleſtis. Eſa. lxvj. Hieruſalem. aliâs iſrael cõſolabimini, hæc cõſolatio appetẽta, propter quod mouet ad hanc Eſa. xl. Conſolamini, conſolamini popule meus &c. Item pleniſſima. Eſay. vlti. vt repleamini ab vberibus eius conſolationis. Item pretioſiſſima. Eſa. lxiiij. oculus. non vidit Deus, abſq; te. qui. præ. ex. Item longiſſima. Eſa. xxxv. c. lætitia ſempiterna ſuper capita eorum. miſerere deus. ſi quis pœnitet, & ad Deum reuertitur. Secunda. ſ. cõſolatio eſt per punitionem. i. per flagella, & inter flagella. vbi. i. in qua punitione releuat, hæc exponit Gra. j. c. ſ. illud Ambr. ibi vide. Item exponitur. xxiij. q. v. quid ergo. Item ſi fieri poteſt. ſecũda pars. ſed quòd ei. hic allegat Gra. pro alia parte. eſt ij. ſ. eo. di inter. H. Smaragdi. ſ. eo. ille pœnitentiam. H. Iſidori. ſ. eo. c. irriſor. H. Greg. ſ. eo. di. pœnitentiam. Hugo. Auguſti. ſ. eo. pœnitentes. H. Guid.

SVMMARIVM.

1 *Cor durum, quid ſignificet, & eius quædam epitheta.*

2 *Excommunicati plures vni poſſunt abſolutionem committere.*

Sunt plures. Non animaduertes. ver. vnicũ. Matth. ix. Mar. vij perficere. i. ſanare. & liberare à peccato. expulit. Lucæ. viij. legionem. verſi. quia continet ſex milia ſexcenta, & ſexaginta ſex. eijciens. Lucę. viij. & Mar. v. laudandus. ver. eiecto demonio. Mar. vij. Matth. ix. locutus eſt. Matth. xij. mutus. Ioã. xij ſatiauit. in corpore. ſabbato. Matth. xij. in anima. ſeu miniſterio corporis. P. poſt purificationẽ baptiſmi. P. Sed ſatis ſecunda pars durus eſt. ſicut dicit Ber. ad Eu

5 geni. Papam. † Cor durum eſt, quod nec compunctione ſcinditur nec pietate mollitur, nec precibus mouetur minus non cedit induratum ad flagella ingratum ad beneficia, ad conſilia infidele. ad iudicia ſeuerum & crudelem, & inuerecundũ ad turpia. improuidum. ad pericula, inhumanum ad humana, præteritorum obliuiſcens præſentia non curans, futura non prauidens,

dens,& vt totum in breui cōcludam, ipſum eſt quòd nec Deū
timet,nec hominē veretur.dolorem peccati.de hoc dicit Aug.
plangis mortuum.ſ.mortem naturæ,magis plange viuum ſci-
licet vita naturæ. Mortuum tamen mortem peccati, an ſunt
viſcera Chriſtianæ miſeratiōis,vt plangas corp⁹,à quo receſsit
a Deus.P.¶ In glo.ſic nec liberat in fi.adde,† dic quòd omnes ex
communicatores poſſunt vni committere abſolutionem,& il-
le poteſt omnes abſolutiones in vnā reducere.ſic & plures obli
gationes,vna tolluntur acceptilatione.ff.de acceptilationibus.
pluribus.ſecundum Goſ.qui ita no.in ſum.de ſenten.excō §.itē
quæritur ibi,vide,&.iij.q.iiij. Egeltrudam. Vel dic quantum
ad ſecundum effectum excōmunicationis,hoc poteſt fieri,non
poteſt autem quantum ad primum ſecundū P. ¶ In gl.& vin.
adde,ſub.& per hoc nos docuit.¶ In gloſſ.ſed nunquid,in fine.
adde,ad hoc.xxvj.q.vij.tempora.ſ.eo.di.j. menſuram. ¶ In gl.
tu autem in fine.adde,ſub.quare non conſequitur venia ab ip-
ſo.P. nam nemo poteſt eſſe filius Dei,& dyaboli.ī.eo. diſt.j.§.
hoc idem.in fi.ver.item & chriſtus ait.

Decima pars.iij.diſt.trac. de pœ.

SVMMARIVM.

a *De induratione cordis,quo.ſ.induret corda.*

AVthoritas illa. Hîc incipit .x. pars
tertiæ diſtinctionis,
tractatua de pœniten. in qua magiſter intendit
probare,per Naum prophetam, & per apoſto-
lum & per Hieroni. & per Aug. quòd ſi aliquis
in hac vita ſufficienter punitus fuerit,nō punitur in alia, dum
tamen inter flagella conteratur,alioquin non, ſed incipit hîc
pœna,& ad infinitum protendit ſecundū Ioan. de ficto. Sodo-
mitas.Gene.xix.c. dicit Hiero. qualiter dixerit habetur.xxiij.
q.v.quid ergo.ſecundum.H.& Pet.ad hebræos.iiij.c.illud Hie-
roni.xxiij.q v.quid ergo.non reſpuit.ī.eo.diſt.c.talis eſt.Sicut
pharao.Exod. xiiij.&.xv.&.xxiij.q.iiij.Nabuchodonoſor. du-
a rior.not. † quòd dominus dicitur indurare ſicut cor Pharao-
nis,vt hîc.& Exo.viij.&.ix.ſ.permittendo naturæ,ſeu gratiam
non in apponendo per quam cor emollitur,iuxta illud factum
eſt cor meum,tanquā cæra liqueſcens,homo etiā indurare cor
conſentiendo peccato vnde illud in Pſalmo , nolite obdurare
corda veſtra.Item dyabolus mittendo ſeu ſuggendo, pro præ-
ſentibus ſupplicijs.æterna.ſupplitia.connectunt.i. vniunt ini-
tium.q.d.illorum pœna,qui inter flagella non pœnitent,nun-
quam terminabitur,quia puniūtur in hac vita,æternaliter pu-
niantur in alia,non tamen punientur bis,quia hæc, & illa non
ſunt duæ pœnæ,ſed vna quæ hîc incipit,& in æternum conti-
nuabitur ſecundum.P.Deute.xxxij.

SVMMARIVM.

1 *Vtilitas operum,quæ fiunt in peccato mortali.*
2 *De his quæ reuiuiſcunt,tres opiniones.*

Ignis. Ardebit.i. continuabitur à pœna præſenti vſq; ad
æternam.Hug.hoc cōtra.ſ.quod dicitur in cantico
illo.Sicut Anthiocus.Matth.ij.c.quod autem.ver.hîc reſpon-
det,illi.§.ī.eo.Item opponitur de Hieroni. eundem.ſ. Naū j.c.
&.xxvj.q.v.quid ergo.quis Iſraelitis.Leuitic.xiiij. qui lingua.
Numeri.xxvij.&.xv.c. Quærat hîc aliquis.ſ. cum dicitur quoſ
dam puniri temporaliter ne in æternū puniātur.quod dicitur.
Naum.j.c. non punietur.ſ.poſtea.& optandum eſt. ſub. ſi non
punietur.ad quod.ver.non præueniri.i.præiudicium ei non fie
ri.iudicis. qui reum decollari præcepit & decreuit depræhen-
ſum in adulterio.P.nec illi.ſ. Deo. auferri.ſ. tali ſententia iudi-
cis temporalis. Et magnum.ſ.quòd in hac vita nō eſt ſufficien
ter punitum,diuturnis.i.æternis.ſi quis.ver.¶ In glo.hîc aper-
te.ibi,recipere.adde quia temporalis pœna ſuccedit in locum
æternæ,quaſi in compenſationem. Pet. Illud autem Gregorij.

ī.eo.placuit.& Amos.iij. deteſtationem.& deſertionem. dete-
ſtari.i.ab eius actu ceſſare.P.conſequatur.durante crimine.cri-
minis.verſi.diuinæ gratiæ.non gratum facientis,ſed præparan
tis ad hoc.P.delectatione.i.actu peccati. accumulaſſet.j.q.iiij.§.
item peccato achor.ſi dicta pluuia complutus non eſſet. Pet.ſi
verò.ver.euāgelicæ.Matth.xviij.propter odium.i. propter im
miſericordiam,qua quis proximo non miſeretur.Item ſi.verſi.
arbiter i.adultus.Item illud.ſecunda pars ī.eo.c.j.ea fide.ſ.vir-
tute de qua.Iac.ij.mortua eſt.i.inefficax ad ſalutem. apoſtolus
ait ad Roma.xiiij.c.xxviij.q.j.in prin.&.§ ex his.cum non.aliâs
ſiue non.intelligit.ſ.eo.diſt.ij.ſi enim. apoſtolus.j. ad Corint.
iiij.c.ī.eo.adhuc inſtant.in fine.releuat.q.d.quando aliquis fla-
gellatur pro peccato.cuius non eſt conſcius,ſi patiēter fert pœ
nam,& humiliter amplectitur,cogitans ſe forte peccatum ha
bere quod non intelligit,& pro illo puniri à deo, illa pœna ſa-
tisfaceret,& releuat grauatum.i.patientiam & humilitatem,
quam habet in illa pœna , dimittuntur ei omnia peccata.Pet.
Quod autem.tertia pars,hîc reſpondet illi.§.ſ.eo.§. item oppo
nitur.fructus.dico fructus impeditus peccato &c.Pet. fictio,il
la.ad hoc.de conſe.diſt iiij.tunc valere.P.¶ In.j.glo in fine.ad-
de,&.ī.diſt.j.c.partes ſunt. ¶ In glo.hinc patet in fi.adde.ſ.eo.
§.hinc quæritur.¶ In glo.ecce planè.ibi,temporale. adde.ī.eo.
cauendum.xxij.q ij ſi quælibet.Et ibi,ad illuſtrandum. adde.ſ.
cor illius ad bonum.ī.eo.diſt.v.falſas.in fi. Et ibi ſubeundam.
adde,vt.ī.eo.diſt.ſi quis.Et ibi,ſatiſfactio.adde,ad idem not.ī.
eo.diſt.§.vltimo in glo.j.& ibi,membrum.adde.ſ.de bonis cum
1 charitate,ſed poſtea mortificatis per peccatum P.Et ibi, † ſe-
cundum membrū.adde.ſ.quòd bona opera facta , cū quis non
eſt in charitate imo facit mala eodem tempore proſunt, nō ad
vitam æternam,ſed ad temporale cōmodum,vel ad minus ſup
plicium ſubeundum pet.Et ibi,tertium membrū.adde.ſ.de bo
nis factis in charitate,& poſtea per peccatū mortificatis,ſi ho-
mo nunquā ad charitatem redeat.P.Et ibi.§.finis:adde,aliâs ve
rum. Et ibi,ad charitatem.adde,intellige quòd reuiuiſcūt,non
quātū ad eſſentiam,ſed quantum ad retributionem vitæ æter
2 næ.† Alij dicunt,quòd nunquā reuiuiſcunt,nec quātum ad eſ-
ſentiam,nec quantū ad retributionem vitæ æternæ , ſicut nec
mala,quantum ad pœnam æternam. Alij dicunt quòd reuiui-
ſcunt,& quo ad eſſentiam,& quātum ad retributionem. Idem
dicunt de malis dimiſsis.ſ.quòd reuiuiſcunt,quo ad culpam ſe
quentem,& quantum ad eſſentiam,& quantum ad pœnā æter
nam.De iſtis tribus opi ,dicit Hug. primā amplectimur ſecun
dam non vituperamus, tertiam deteſtamur Petr.

SVMMARIVM.

1 *Opera extra charitatem,charitate ſuperueniente reuiuiſcunt.*
2 *Mortificata bona an remuneret Deus.*

Pium eſt credere. Cum gratia.i charitas ſequēs
peccata.aliâs mala, ſed cōmiſ
ſa.prima bona præeuntia diligit.ad præmiū vitę æternæ.Gui.
1 Et hæc faciunt,† ad hoc quòd bona facta extra charitatem,&
in peccato ,per charitatem ſuperuemētem reuiuiſcunt, de quo
& de caſu cōuerſo.ſ.qualiter bona opera,facta in charitate,per
peccatum ſuperueniens moriātur. Et ad quid proſint bona ſa-
cta in peccato mortali.Dic vt ſcripſi extra de pœni.& remiſ.c.
quod quidam.in ſecunda & tertia quęſtionibus.&.ī.eo diſt.c.
ſatisfactio.in ſecunda quæſtione principali.§.ſed nunquid ſatiſ
factio.& duobus §.ſequen.& in vj. quæſtione principali.§. ſed
nunquid vnus homo.verſ.item.de alio quod tetigi.& duobus.
2 verſi.ſequentibus.¶ In gl.† Poſt illud in fine.adde.i. in illo,qui
poſt illud bonum peccauit,& poſtea redit ad gratiam, qui dili
gitur ad remiſsionem æternā. Et ſic intellige illud quod ſequi-
tur in textu.ex hoc.ſ.quòd remuneret Deus,bona mortificata
per peccatum,ex quo redit ad gratiam Pet.

Si quando. Multa opera ideſt ante multa peccata quę
mortificauerunt illa bona quæ prius com
miſſa fuerant iuſta.i.aliqua iuſta & in charitate Pet ſed Ray.

dicit, quòd iſtud c. ſatis poteſt intelligi planè de operib⁹ factis,
in peccato mortali, quorum Deus non obliuiſcatur, quia remu
nerat ea, vt no. ſ. eo §. illud in fine Sed pręd. c. pium. intelligitur
de operibus ſactis in charitate, quæ etiam mortificata poſteà
per peccatum, dum vera agitur pœnitentia, reuiuiſcunt Ray.
multa mala poſtea commiſſa obliuiſcatur, ita vt non remune
ret. paucorum. in charitate factorum, ante opera peccatorū. P.

Vndecima pars tertiæ diſtinctionis tractatus de pœniten.

QVanquam. Memoria. Hic incipit. xj. pars tertiæ diſtinctionis,
tractatus de pœniten. in qua probatur per tres
authoritates, quòd nullum bonum irremunera
tum, & nullum malū impunitum, ſecūdum Io.

SVMMARIVM.

1 *Officium hominis quod ſit.*

Cauendum. Non accipiamus. ideo ſi in temporali-
bus proficimus, tunc magis cauere, &
1 nobis prouidere debem⁹. † Vnde Seneca in lib. de quatuor vir
tutibus, tūc tibi ſalutaria conſilia aduoca, cum tibi alludit pro
ſperitas huius mundi, ſic te quaſi in lubrico retinebis, nec tibi
dabit portus liberos, ſed circunſpicies quò eundum ſit, vel quo
uſque. Similiter quando proficimus, in bonis ſpiritualibus, ca-
uere debemus: vnde Hieronimus nunquā tuta eſt humana fra
gilitas, & quanto in virtutibus creſcimus, tanto amplius time-
re debemus, ne de ſublimiori corruamus, quia quāto gradus al
tior, tanto caſus grauior Pet. receperunt. Lucæ. xvj. c. ſuam. q.
d. non Dei, ſed ſuam quam ipſi appetierunt. ſ. vanam gloriam,
quam habent de illis temporalibus, cum affluant, quę cum glo
ria ſoli Deo attribuenda eſt, tamen ipſe non velit eam dare al
teri. Vnde ipſe dixit per Eſayam gloriam meam alteri non da-
bo. P. præſenti. tantum recepiſti. q. pro mercede, illud habuiſti.

SVMMARIVM.

1 *In diuitijs quid periculoſum.*

Quid ergo. Turbetur. hic repete quod dixi. ſ. eod.
diſt. perfecta pœnitentia. retributio ple
na. non ſubruamur. i. à bono, quod incepimus, nō cadamus, vel
bonum propoſitum dimittamus, quia in tutiori ſtatu eſt, pau-
1 per quā diues. Vnde Aug. in epiſtola, ad damaſum, † dicit peri
culoſa eſt in diuitijs ſuauitas, periculoſa ſublimitas, timor per
petuus, labor infructuoſus, initium ſine prouidentia finis cum
pœnitentia. P. Et Grego. dicit quòd continuus ſucceſſus tem-
poralium, æternę reprobationis eſt iudicium. mala. dicit Aug.
ſi exceptus eſt, à paſsione flagellorum, exceptus es à numero fi-
liorum. Pet. Eſt & alia. verſi. ratio. ſ. quare non debemus turba-
ri de hoc quando verſi. ¶ In glo. negantes in fine. adde quod ta
men negandum non eſt, extra de ſumma trini. c. j. poteſt etiam
ecce tertia ſolutio. illorum. c. ſ. eo. pium. & c. ſi quando. ſ. vt re
ferantur illa bona, de quibus fit mentio in pręd. c ad minorem
pœnam, in alia vita, & ad hoc adducit. c. ſequens. P.

Si quis. Culpanda. quia à deo ſunt, licet non valeant ad
ſalutem, ſeu charitatem, & facta citra vnitatem
eccleſiæ. j. q. j. teneamus. Pet. ait apoſtolus. j. ad Corinth. xiij. c.

Duodecima pars tertiæ diſtīctionis tractatus de pœniten.

SVMMARIVM.

1 *Quare peccatum aliquando non remittatur.*

POenitentia ergo. Hic incipit. xij. pars tertię diſt.
tractatus de pœniten. in qua ſoluit & ben, ſecū-
dum Ioan. de fict. In. j. gl. ibi pro illo peccato ad-
de de hoc etiam legitur, & notatur. ſ. eo §. illud.
autem iuxta fi. ibi videas & quod dicit iſta gloſſa de verbo, ad
verbum approbat. Pe. vſque in fine. & idem Hu. & Laurenti⁹.
quorum fuit iſta glo. & in fine adde ad hoc facit quod dicitur
de baptiſmi de conſecratio. diſtinct. iiij. tunc valere deberet fe
1 rè omnis illū † qui de vno peccato fuit cōfeſſus, & ſatisfecit &
non de alio teneri de confeſsin. & ſatiſfa. quia & confeſsio, &
ſatisfactio non fuerunt factę in charitate cū remaneret in alio
peccato ergo impoſsibile fuit peccatum dimitti ei ergo ſi non
eſt dimiſſum, debet confiteri & ſatiſfacere nam ſecundū Aug.
ſcio dominū inimicū oſ criminoſo. ſ. ea. di. ſunt plures quo mo
do ergo qui crimen reſeruat, recipiet de alio veniam. & hanc
opinionem credit Raymondus eſſe veram. ſed Rodoffredus
dicit quod dictum eſt de confeſsione eſſe veram, ſi de nouo ſa
cerdoti confiteatur aliâs non de ſatisfactione credit, quòd te-
neatur ad pœnitentiam ſuſcipiendam Guid.

Sequitur diſt. iiij. tract. de pœ.

QVia verò. Multorū hic intitulaf quar-
ta diſtinctio tractatus de pœ
nitentia. quæ diuiditur in ſeptem partes in qua
rum prima probat magiſter, per octo authori-
tates, quòd peccata redemit Ioannes de fiſtona
huius quæſtionis ſecunda pars contra negantibus. xxiij. q. iiij.
ſi illic. In prima gloſſa ibi pœnitentiæ adde. j. eadem diſtinct.
iij. ſi apoſtolus. ſecundum Goſ. & ibi & hoc credo adde idem
credit hic & Goffre. quod autem prophetæ Dauid in pſalmo
deus laudem meam & hoc dictum de Iuda. ſecunda eſt verſic.
euangelij Math. xviij. de conſe. di. iiij. quomodo circa finē.

Si iudas. Adoptionem id eſt gratiam qua erat adopta-
tus elegit. Math. xxvij. iniquitas ſcilicet ab ipſo
commiſſa imitando eos. P.

Tradidit. Verba euangelij Math. xviij. c. conſideran-
dum veſiculo dicit Math. eodem capitulo.
ex dictis hic incipit. c. ſecundum Hugutio. In gloſſa peccatum
ibi ſuperbilem adde. i. apertum & promptum ad ſuperbiam.
Petr. & in fine adde contra hoc etiam notatur decima quinta
quæſtione prima in ſumma.

Conſtat. in nos. i. contra exigitur. i. damnabitur pro
hoc ſicut damnaretur ſi non fuiſſet dimiſſum
H In j. glo. ibi patatus etiam adde. xvj q j decimæ.

Dixit dominus. Dimitte Math vj c. vel pro ſal-
tem reuocabo te. i. peccatum ti-
bi dimiſſum vel reuocabo te. ſ. ad pœnā æternam à qua remo-
tus eras replicabo tibi. i. reuocabo te ad punitionem tuā. P.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia quæ præſtat Deus homini.*

Qui diuini. Beneficij imn diuinorum beneficiorū,
1 † notantur enim. ix. beneficia quæ deus
facit homini in pſal. lauda anima mea dominū vnū eſt q̄ cuſto
dit veritatē in ſeculū vñ ibi dicif q cuſtodit veritatē in ſeculū
& illud magna eſt cōſolatio peccatorū vñ ipſe p Ezech ꝓphe
tā. xviij. c. ſi auertit ſe iuſtus à iuſtitia ſua &c. vt j. c. ſi auerte-
rit itē vindicat eo ab iniuria illata ſibi vñ ibi ſequif facit iudi-
ciū iniuriā patiētib⁹ & ideo nō debem⁹ vindicare iniurias no-
ſtras, cū ipſe dicat mihi vindictā & ego retribuā itē paſsis eos
defect⁹ vñ ibi dicif dat eſcā eſurietib⁹ itē ſoluit cōpeditorū vin
cula vñ ibi dicif dns ſoluit cōpeditos. itē illuminat ignorātias
vñ ibi dicif dñs illuminat cæcos. itē erigit eorū ruinas, vñ ibi
dicif dñs erigit eliſos itē diligit eorū iuſtitias, vñ ibi dicif, dñs
diligit iuſtos itē cuſtodit i mūdo ibi extranei ſūt vñ ibi dr̄ dñs
cuſtodit aduenas itē ſuſcipit eos in curā, q ſine curatore in mū
do ſunt. vñ ibi dicitur pupillum & viduam ſuſcipiet Per. Gui.

Reuertor

✠ SVMMARIVM. ✠

1 *Cum diabolus redit ad hominem, ſeptem adducit ſpiritus.*

Reuertor. Matt.xij.c.in domũ.i. in corde. timendus. ver. opprimat.i. ne poſt dimiſsionem culpæ incidamus, peccatum mortale: quia ita damnabimus, pro illa, ſicut ſi illa culpa non fuiſſet. Petr⁹. ¶ In.j.gloſſa.in fine.adde
1 Lucæ.xj.& dicitur ibi, † quòd tunc cum Sathan reuertitur, adducit ſeptem ſpiritus nequiores ſe, & ingreſsi habitant ibi, & ſiunt nouiſsima hominis illius peiora prioribus, & ſunt illi ſpiritus reiterationis, omiſsionis, dilationis, deſperationis elongationis blaſphemiæ contemptus in fi.P. ¶ In gl.xxvij.q. in fine. adde.ij.in fine.

Quæcunq;. In prima glo.in fi.adde, & ita conſtituet nos dig nos pœna æterna, ſicut eſſemus digni ſi omnia vitia eſſent in nobis.Per.

Peccatum. Trahitur.per cauſam.propter hoc mouiũtur.i.pœnalitates patiuntur.vj.diſtinc. ad eius.in fi.Per.

Secũda pars.iiij.di.trac.de pœni.

EOrum vero. Hic incipit ſecũda pars quartę diſtinctionũ, tractatus de pœniten.in qua probatur ſuperficialiter, quòd peccata redeunt, & ſecundum præſentem iuſtitiam tantum dimittuntur, non tamen ſunt vere nomina diſcipulorum qui ſucceſſerunt. Ioan de fi.t. ſententiam.ſ.quòd peccata redeant, ſic nomina.ver. retro abierunt.Ioan.vj.in libro vitæ.Ioan.vj.ſic à latere. latus Dei, dicitur corona iuſtorum, qui iudicabunt, cum domino, vnde vulgariter dicitur quis mittere alios de latere ſuo.i.de illis, qui cũ eo ſecretum habent conſilium.P.dominus ait. Exo.xxxij.

§.Si quis. Vt ſecũdum.verba gratia. & eſt.j.ad Corin. j.c.ptoni.

§.Sed non. Verba apoſtoli.communia omnibus.ver. verba Aug.non virtus.i.remiſsio peccatorum, quæ non ſemper confertur in baptiſmo, impediente malitia ſuſcipientis, de conſe.diſt.iiij.oſtenditur.P.

Tertia pars.iiij.diſt.trac.de pœni.

VErum hoc. De fictæ.hîc incipit tertia pars quartę diſtinctionis. tractatus de pœniten in qua probat magiſter, quòd de fictè pœnitentibus intelligitur, quod dictum eſt, videlicet quòd peccata eis nõ dimittuntur, quia de alijs non poteſt intelligi, quãuis ſint poſtea caſuri.

✠ SVMMARIVM. ✠

2 *De dei notione, & per quæ fiat.*

Si ex bono. Sic conſtrue, ſi deficientes bona voluntate moriuntur.i.ſubtrahuntur, de hac vita.ex bono, in malum.ſ.mutari, & dic ex bono.ſ. ſecũdum præſentem iuſtitiam.P.deficientes.i deficiendo recedentes. vnnius taret. Sapi.iiij.c.exclamamus.ad Roma.xj.c.iudicia.i.depoſitiones.viæ eius.i. impletiones diſpoſitionis eius voluerit.q.d. hic donat quibus voluerit, aut ſcriptura mentitur, quod nefas eſt dicere, vt.xxiij.q.v.quid ergo.immatura.i.non matura.ait.Sap. iiij.non eſt iniquitas Deute j.c.& Leui.xix.c dicta eſt.Iob.vij. c.io bono.ſub.ſ perſeuerantiam, vſq; in finem.iam poſui.Sapi. iiij.Nec nos.ſecunda pars.non dat.i. ſuberaliter. promiſsionis.i. promiſſę æternę beatitudinis.P.impietate moritur.j.Ioan ij. c.dicit.Iob.xj.Deo prędeſtinatore ait.Io.xvij.diſperſos.per diuerſa vitia.in vnum.i.in vnitate fidei. factum.i. euãgelizatum prædicatum.P.erãt.prædeſtinatione.in memoria.i. præſentia Dei.& ſunt.verſi.filij Dei.i.prædeſtinatione.ait.i.Ioan.ij.c. nõ ait.verba Aug.non ſunt q d.non dicit, quòd primo erant, & modo nõ ſunt, cum immutati ſunt de bono, in malum.P. in nobis.i.inter nos.per præſentem iuſtitiam. Ioan.v. loquitur.j.Io. c.ij.in profeſsione.i.per opera iuſtitiæ, quæ faciebant, & erant in ſocietate filiorum Dei, & re vera faciebant ea quæ filij Dei faciunt, & ipſi & alij profitebantur, quòd erant filij Dei.Simulauerũt.propter hoc inducitur.c.ne.ſ. enim ait.i.Io.ij.c. & pro i.prædeſtinati ſunt.ad Roma.viij.c.propoſitum.i.prædeſtinationem Dei.vt electi eſſent.cum ſint pauci reſpectu vocatorũ. Quia multi ſunt vocati, pauci verò electi.Matth.xx. filius promiſsionis.i.qui prædeſtinatus eſt, ad vitam æternã.iſti. de quibus ait. Ioã.ex nobis &c.paucitate. de hac dicit beatus Grego. non mireris, ſi in tanta multitudine vocatorum, ſit tam pauca quantitas electorũ: quia in cumulatione paleæ, & furfuris parua eſt quantitas, ſi mille purioris Non ergo.iij.pars.ordo ergo filijs ſuis, non prædeſtinatis &c. non accepiſſent. à deo.ſecundum apoſtolicam j.ad Corint.iiij.& Actu.j.c. ad patrem. Ioã. xviij.c.nouit vt omne.i. omnis homo. non pereat. finaliter.hi ergo verſ.qui ordinati.i. prædeſtinati.immutatus. intellige vt habetur.ſ.eo.diſt.ij.firmũ.& rurſus ver.ordo, & rurſus. quoſcunq; eorum.quos duximus inimicos eius. Dei. vel paruulos. &c.eius.i.Dei.ſic regeneraturus eſt &c.hoc fiat.ſ. quòd regenerarentur non pereant.finaliter.deniq;.verſi ſaluator. Matthæi. xxiiij.c.verbo meo.i præcepto.euangelium loquitur.Ioã.vj.c. euangelica.Ioan.vj c.in ſynagoga.i.paucis in capharnaum.ſ. in longitudinem.hic ſermo.de conſe.diſt.ij.prima.ſemetipſum.q. d.non ex relatione alicuius.hic nos.verba Chriſti.erat prius.ſecundum diuinitatem viuificat.ij. ad Corin.iiij. ſunt quidã hic tangitur cauſa, quare diſcipuli murmurauerunt ſ.quia fidẽ non habebant ſecundũ.P.credunt.ſub.& hoc ipſe non dixit de coniectura, ſed ex certa ſcientia, ſciebant enim &c.P. ſciebat.Io.ij. & Eccle.xvij.eſſet traditurus aliâs eſſent credituri. dixi vobis. Ioan.vj c. ex hoc .i. poſt hoc.i. occaſione huius increpationis, abierunt retro.non tantum corde, ſed etiam in corpore, & hoc eſt quod ſequitur.& iam.&c nunquid.verſi.euangelio.Io. viij. quòd ait.Io.viij.verbo meo.i.præcepto. verè.ſ ſecundum prædeſtinationem.vel verè.i in veritate vſq; in fi. perſeuerãtes.P. verè fuerunt quantum ad perſeuerantiam. vocabantur.ſ. filij dei.appellamus.verſi.in eo.ſ.iuſtitia & charitate P. non ſunt.ſ. filij dei prædeſtinatione, & ſic ex verbo iſto habetur, quòd appellantur filij dei, ſecundum præſentem iuſtitiã, qui tamen nõ ſunt filij dei, ſecundum prædeſtinationem de qua notione di-
2 cit apoſtolus.ij.ad Thimo.ij.nouit Deus q ſunt eius. † Eſt iterum notio Dei, per approbationem, vnde Exo.xxiij. dicit dominus de Moyſe, noui te ex nomine. Item eſt notio per gratiæ infuſionem & cuſtodiam, de qua Io x.& cognoſco oues meas. Item notio per glorificationem, ſeu retributionẽ, contra quam dixit fatuis virginibus Matth.xxv.neſciu vos.P. ¶ In gl. vnde Ouidius, in fi.adde.ſ. di.proxi.in caſum. ¶ In glo.ſecundũ præſcientiam.adde.i.prædeſtinatis, nam ſecundum iuſtitiam præſenten bene erant in numero illorum.P. ¶ In gluſ.quæret.ibi, Iacobi.adde.j.c.& ibi, de ſurſum.adde.j.q.ij.quam pio. Guido.

Quarta pars.iiij.di.trac.de pœni.

✠ SVMMARIVM. ✠

1 *Liber vitæ æternæ quis ſit, & item liber conſcientiæ.*
2 *Inter prædeſtinationem, & præſcientiam differentia.*

FInis ergo. Hîc incipit quarta pars quartæ diſtinctionis tractatus de pœniten.in qua oſtendit magiſter, quid ſit ſcribi, vel deleri in, ſeu de libro vitæ, ſecũdum præſentem iuſtitiam, vel præſcientiam, de prædeſtinatis, vel de præſcitis, ſecundũ Io.de fic.in lib. vitæ. dicit Hug.
1 de ſancto Victore, † quòd liber vitæ æternę, eſt cuius origo eſt ęterna, & ſuperadmirabilis eſſentia, inueſtigabilis ſcriptura, indelebilis, & verba numeralia, & omnia ſunt vnũ verbo. In prin

cipio erat verbum, ſecundū Autho. quòd idem.H. dicit liber conſciētiæ eſt liber ſignatus in die iudicij aperiendus vnicuiq; conſeruans gloriam, vel cōfuſionem pro qualitate depoſiti.P.
1 ſecūdū.ver.præordinari.i.prædeſtinari.† Prædeſtinatio enim tantum in bono eſt, ſeu accipitur.i.tātum eſt de bonis ſaluandis. Sed præſcientia cōmuniter de bonis & malis, & eſt prædeſtinatio ſecundū Aug. gratiæ præparatio, qua ab æterno Deus homini Chriſto, & cunctis, quos præſciuit cōformes fieri imaginis filij ſui, bona ſine meritis præparauit, & intelligas bona.i. gratiam in vitam æternā, quia illa ex labore, & meritis acquiritur. xxiij.q.iiij.obtineri. & licet dicatur præparatio gratiæ, nō tamen plus confert circa futura, quā memoria hominum, circa præterita. P.ad Ephe.c.j. ¶ In glo.id eſt, ſine determinatione in fine adde.ſ.ſecundum præſentem iuſtitiam, & ſecundū præſcientiam. Pet.

Benedictus. Spirituali.i.habita &c. in cœleſtibus.i. in cœlo. in Chriſto Ieſu.i. Chriſto operante. immaculati.à crimine. prædeſtinauit.i. ſola gratia præelegit. ¶ In.j glo. in fine. adde, & ideo ponitur præteritum pro futuro, quia futura ſont certa apud Deū, ſicut præterita apud nos. P. In glo. quod ipſum in fine. adde.i. antequā eſſemus. ¶ In glo.i.non meritis. in fi. adde, ſub. & hoc tangit apoſtolus, in litera quæ non ponitur hîc, vbi dicit ſecundū propoſitum &c. vt in glo. ſeq. ſimiliter in euangelio. Io.vj. &.xj.c. habet.i.habebit. iudicatus eſt.i.iudicari præſtitus. Ioā.nouit. porrò.duplicem. ver. in euangelio. Io.xiiij.c.dicens.ver.oppoſitionē.i.ſecundū iuſtitiam.ver.hinc etiam.i.ad probandū hunc duplicem modū. B. eiuſdem loci. Io.xiiij.c. ¶ In gl.no.hîc.arg.in fine.adde. adde ſine dubio. ibi ex negatione ſequitur negatione, non affirmatio, quia ibi dicitur, ꝙ ex quo beata Maria, quā Ioſeph deſponſauit, & in ſuam duxerat coniugē, negatur fuiſſe, multo minus illa quæ ſimpliciter ſponſa erat, coniunx eſt appellanda. P.

SVMMARIVM.

1 *De latitatione ſententia Auguſtini.*
2 *Argumenti deſcriptio, & ſcire quid ſit.*

In domo. Patris, manſiones.i.diuerſa præmia meritorum.i.ſecundum diuerſas aduerſitates præ-
1 miorum, variæ dignitates. P. latet.† de hac ſubſtractione, & latitatione, dicit Aug ſic dominus Ieſus, & parat locū eat, ne videatur latitet vt credatur tunc enim locum parat, ſi ex fide iuuat credatur, ſi deſideretur vt deſideratus habeatur deſideriū dilectionis eſt, cum ſit præparatio in abſentia P. diuiſare. ideo notabiliter dicit conſilium firmiter credimus &c. & non dicit ſcimus quia fides eſt probans, & non probatum, cum ſit argumentum non apparentium, vt dicitur in deſcriptione fidei, vt
2 no. extra de ſum.tri.ſuper rub. & argumētum† eſt ratio rei dubiæ faciens fidem. extra de verb.ſig.forus Scire autē ſecundum philoſophū, eſt rerum cauſas cognoſcere, & hoc modo fides ſciri nō poteſt: licet aliâs dicamur ſcire, quod ab alijs audiuimus. xxij.q.v.hoc videtur. & aliter dicitur ſcio.i.vehemēter opinor ff.vti poſſi.ſi duo ꝗ nunc videor. nam & ratio noſtræ fidei probari non poteſt. & vbi ratio deficit fides ſuppletur de conſe.di. ij.reuera. Ex has. Abacuh.iij. & Roma.j c.māſionem. de quibus dicit Hiero. patæ ſunt in cœlo diuerſæ manſiones, datis virtutibus, quas non perſonæ accipiunt, ſed opera. P. ¶ In glo. in memoria, in fine. adde, dicit Greg. vocare dei, eſt amando, & diligendo reſpicere. ¶ In gloſſ. manſiones. ibi, deſideratur. adde, vt xxvij.q ij. inſtitutum. & Grego. deſideria dilectione creſcunt.

Secundum iuſtitiam. Supra expoſuit magiſter, quid ſit deleri ſecundum præſcientiam, nunc verò dicit quid ſit deleri ſecundū iuſtitiā, & hoc eſt facere ea, quibus aliquis æternā damnationem meretur, ad quod inducit authori. prophetæ, quæ magis facit ad probandum & oſtendendum deletionem, ſecundū præſentem iuſtitiam. P. hinc propheta. ver. de li. liber iſte eſt notitia dei, qua prædeſtinauit ad vitam omnes ſaluandos, nec intelligas, quòd Deus ſcribat in hoc libro aliquem, quem poſteà deleat. Sed dicuntur aliqui, inde deleri.ſ.ſecundum ſpem illorū qui credunt ſe ibi ſcriptos, ſecundum Hug. P.

Sic itaq;. Hîc reuertitur Gratia. ad materiā diſtinctionis, & reſpicit quod dicit.ꝟ.eo.ꝗ eorum. præparatur.i.prouidetur. paranda.i. danda in tempore. q iuſtificetur. hîc in præſenti. ſecundō iuſtitiam ſecunda pars. vna. verſi. altera. verſi. harum ver. iuſtificatio.i. aperitio gratiæ in præſenti. P. glorificatio.i. collatio gratiæ in futuro. prima. ver. vnde dicitur ab apoſtolo in eadem autho. H. cuius verſi. ſupponit. in eadem epiſtola. ſtatim poſt illam authoritatē. H. in qua.ſ. gratia. ſecunda ver. & effectus. ver. hæ duæ. verſi. natura præcedat. & tempore. H. iuxta hāc. ver. diſtinc.ſ. de prima prædeſtinatione, & eius effectu. & de ſecunda & eius effectu. H. & P. Ioan. j. Ioā ij. exierunt. quantum ad primā prædeſtinationem, in qua erant nobiſcum, non erat quantū ad ſecundam prædeſtinationem. manſiſſent. finaliter. eius effectus.ſ. æternæ beatitudinis. Hugo. non miratur.i. non erant mituri, quia non erant prædeſtinati ſicut nos ſumus: nam nec ipſe Ioan. habebat adhuc effectum ſecūdæ præordinationis, vel licet Ioan. illum effectum non haberet re habebat cum certitudine ſpei, & fidei, ſed illi non, & ideo congruenter dicitur non inerant nobiſcum. quia effectum ſecūdæ præordinationis iam habemos certa ſpe, vel forte charitatem ſiue finalem iuſtitiam, cum qua homo decedit, notat effectum ſecundæ præordinationis, quia ducit ad id, quòd ad illa præordinatio prædeſtinauit hominē, & eſt planū. H. non receſſiſſent i. inciperent quandoq;. H. in euangelio. Matth. xxiiij.c. ¶ In.j. glo. ibi, quòd adde.i. quæ remiſſio. ¶ In gl. quia poſſet. ibi, nam manſiſſent. adde.i. quantum ad effectum ſecundæ præordinationis, quā non habeant, imò cœpiſſent, vt ſubiungit. Pet. ¶ In glo.i. præſentis. ibi, iuſtificationis. adde.ſ. iuſtitiæ, & charitatis in præſenti vita. H. ¶ In gl. ſi fuiſſet, in fine. adde antecedens eſt ſi ſufficienter ex nobis conſequens, aliâs conueniens eſt. manſiſſent &c.

SVMMARIVM.

1 *Originale quare dicatur.*
2 *Legans argentum quid cenſeatur legare.*
3 *Adoptio in quibus fit, & conſiſtat.*
4 *Peccatorum remiſſio ſecundum quid fiat: & iuſtificationis effectus.*

Hanc ſocietatem. In euangelio. Io.x.c. ait. xvij.c. iræ.i. digni pœna æterna. Hug. apoſtolus ad Ephe.c.ij. nos, genus humanum. naturali vitio, & inſeparabili.ſ. originali peccato. P. quod dic, vt not. extra de ſum.tri.c.j. in glo. nunquid eſt econtra filij iræ.i. digni pœna
1 ad Thi.c.j. ex illa.ſ. origi. peccato. † Dicitur autem originale peccatum, quia ex vitioſa noſtræ originis conditione trahitur ſeruituti de conſe.diſt.iiij. firmiſſime. authoritas.ꝟ.eo. ſi ex bono. Ezechie.xviij.c. ſi aduerterit.ꝟ.eo. ſi auerterit. quòd autem. ver. in eadem authoritate.ꝟ.eo. ſi ex bono. in profectione.i. nomine eccleſiæ. in euangelio. j c. & apoſtolus. v. ad Roma.c.viij. expectat.i. quaſi in actu expectandi eſt. aſſiduè. enim geminatio aſſiduitatis nō eſt. P. huic etiā. ver. verba apoſtoli. ad Roma. viij. hęc ergo. verſi. Ioā. ait. viij.c. beatitudinis.i. merito fidei, & præſentis iuſtitiæ, vnde ſperant æternam beatitudinem. P. dominus ait. Ezechie. xviij.c. hi ergo.i. damnati. præſtiti ad mortem, qui primæ præordinationis, non ſecundæ ſunt participes. P. qui ergo. ver. fatentur dimiſſa, dico ſecundum iuſtitiam &c. P. ad ſupplicium. contra.ꝟ.eo. qui recedit. ¶ In glo. arg. ff. in fin.
2 adde, vbi dicitur, † quòd ſi quis legauerit veſtem ſuam, vel argentum, de illo argento, vel veſte intelligitur, qui erant tempore teſtamenti: quia ſemper præſens tempus intelligitur, ſi aliud comprehenſum non ſit, ſic & iſti poſſunt dici tūc iuſti, cum ad præſens ſint iuſti. P. ¶ In glo. j. ſecundum. ibi, triphariæ. adde.i.
3 tria membra. ¶ In glo. perfectam in fine. † adde, adoptio enim quæ hîc fit, eſt tantum in anima, & non in corpore, & ſic expectet homo adhuc adoptionem corporis.ſ. vt ipſum corpus liberetur à mortalitate, ex corruptione, & ſic illa immortalitas, & corruptio erit adoptatio corporis, & præterea tunc plenè, & perfectè contemplabimur Deum, ſed modò tantum, vt in

ſpeculo

ſpeculo,& enigmate. Vnde Aug.tunc perfectè vocabimur gratia maiori refecti,& ideo pleni, & ſciemus perfectè,quòd ipſe Deus eſt,ibi vocabimus,videbimus,& amabimus. ¶ In gloſ.ſ. homo,in fine.adde,ſub.quantum ad hoc,quia ſubiacet corruptioni,& neceſſitati moriendi,ſicut & aliæ creaturæ. ¶ In glo.
4 ea tamen in fine.adde quod ibi dicit peccata† quæ dimittũtur ſecundum iuſtitiam dimitti,ſecundum pręſcientiā verum eſt, vt ibi exponitur præſentis iuſtificationis,quę non ducit hominem ad id,ad quod prædeſtinatus eſt,& ita non propriè ſumit effectum præſcientiæ ſiue prædeſtinationis, & ſecundum hoc verum eſt,quia illa peccata non ſunt dimiſſa ſecundũ præſciētiam.i.per charitatem,quæ eſſet effectus præſciētiæ,quæ.ſ. duceret hominem ad id,ad quod prædeſtinatus eſt. Si autem dicatur,non ſunt dimiſſa,ſecundũ præſcientiam præſentis iuſtificationis.i.ſecundũ præſentem iuſtificationem ſeu charitatem, quæ licet non ducet hominem iuſtum & bonum non dicit verum,imò ſecundum talem pręſcientiam dimiſſa ſunt,& illis.ſ. damnandis,& iſti.ſ.ſaluandis.P.

Quinta pars.iiij.di.trac. de pœn.

QVi autem. Dicunt quòd peccata. Hîc incipit quinta pars quartæ diſtinctionis tractatus de pœniten. in qua probat magiſter, quòd peccata non redeunt quod eſt verum,ſecundum Io.de fic.

SVMMARIVM.

1 *Originalis peccati origo.*

Quid eſt quod. Dicitur per moyſem Exo.xx.c. peccatum.ver.trahimus. per cau
1 ſam:† nam eius cauſam trahimus à patribus noſtris, quia ab illis habemus carnem corruptam,ex cuius corruptione naſcitur peccatum originale in nobis.i.in filio.& ideo dicitur filius trahere,ſiue contrahere illud peccatum à patribus culpam.i. peccatum originale,cuius cauſam trahimus à parentibus, & ideo dicitur eſſe culpa.P.ſumus.quantum ad carnem, quam ab ipſis habemus,ex cuius corruptione naſcitur originale peccatũ in nobis,vt.ſ̃.proxi.dixi.polluunt per cauſam.& rurſus. verſi. liberantur.quo ad reatũ culpæ originalis peccati à parentibus per cauſam contracti,finis.

Qui recedat. Per mortale peccatum nec in originali.verſi.authoritates.ſecunda pars.aſſertores.illis qui dicunt quòd peccata commiſſa non redeunt. ad vomitum.i.ad conſimilem actum, vel aliud mortale peccatum. ¶ In j.glo.in fine.adde,& illud verum eſt, ſecundum opinionem illorum,qui dicunt dimiſſa peccata redire,non quoad eſſentiam,ſed quoad reatum & pœnam.

Sexta pars.iiij.diſt.trac. de pœni.

VErum illa. Sententia.Ioan.de fic. ponit hic.§.& dicit quòd hic incipit ſexta pars huius quartæ diſtinc.tractatus de pœniten.in quarta probat magiſter,per ſex authoritates quòd peccata redeunt & hoc probat ſuperficialiter,nam authoritates bene intellectæ non faciunt pro eo,ſecundum Ioan.de ficto.

SVMMARIVM.

1 *De qualitate cognitionis Dei.*

Si refugientes. Coinquinationē mundi.i.coinquinationes animæ.& corporis, quas
1 mundus immittit H.Saluatoris.bene dicit.† nam non tantum debemus eum Deum & dominum cognoſcere,ſed etiam ſaluatorem per incarnationē eius & mortē: Vnde Aug. dicit in lib. de anima & ſpiritu,propter hoc Deus factus eſt homo vt totũ in ſe hominem beatificaret vt ſiue ingrederetur intus per intellectum,ſiue egrederetur foris per ſenſum,in ipſa paſcua inueniret & paſcua intus,in diuinitate creatoris paſcua foris in carne ſaluatoris.P.his rurſus.ſ.coinquinationibus,ſimplex eſt relatio.H.& dic.rurſus.ſ.ante baptiſmũ.vel ante pœnitentiam.H. ſeparabuntur.ab inquinationibus.deteriora. quia magis offendunt Deum,quā ante baptiſmum,vel ante pœnitētiam.& maiores pœnas patiũtur,quia ſunt mendaces promiſſionis factę in baptiſmo,vel pœnitentia.H.melius enim.quia propter mala,quæ ſic agunt, ſunt præuaricatores promiſſionis. H ſic.xij. q.j.c.ſcimus.extra de apoſta.quidam.in fin. mandato.Luc.x.ix. paulus.ſecunda pars ad Heb.vj.c.

Intermittentes. In glo.ita quòd Chriſtus, in fine. adde,vt.x.q j.placuit.

§Dicens. ſ.Paulus iſte.§. reſpicit finem.c. præcedentis. ſecundum Hugo. aliâs ſecundum.B. irrita.i. mortua.admixta.hic videas quod not.ſ̃.di.proxima.§. illud autem.in glo.ecce planè.vnde Aug.ver.apoſtolus.verſu ad Heb. vj.xj.& xij.

SVMMARIVM.

1 *Peccata ſemel dimiſſa an redeant.*

§Porrò. Per Ezechie.prophetam.c.xviij. promiſit.in.c. c.ſi impius. aliâs.c. omnium. iniquitatũ. ex eo, quod dicit.omniũ iniquitatum.poteſt argui. ergo idem eſt, ac
1 ſi nunquā eas commiſiſſet,† peccata ergo dimiſſa non redeunt ita dic ſi alleget ad hoc,quòd peccata dimiſſa non redeant. Sed ſi intelligas quòd alleget ad hoc, quòd redeant,tunc dic in iuſtitia ſua,quam operatus eſt,ante pœnitentiā,vel poſt, & ſic poteſt argui, ergo quęcũq; bona ſint in eo mortificata per culpā, reuiuiſcunt per gratiā ergo à ſimili vult dicere Gratia.quęcũq; mala ſunt mortificata per gratiam,reuiuiſcunt poſtea per culpam poſtea iteratam.P.in iuſtitia.i.pręmio bonorum operum quæ facit in iuſtitia & charitate,ſi poſtea peccauerit dũmodo egerit pœnitentiā.P.filijs quoq;.adhuc allegat Gratia. & intendit probare,ꝙ dimiſſa redeāt,& hoc probat exemplo filiorum Iſrael,quibus dominus improperar peccata patrib⁹ ſuis dimiſſa,& dicitur illa in eis reuixiſſe, ideo gladio corruēt principes eorum.P.captiuandis.in ægyptiac.ſeruitutem per Oſeā.vij c. ſupplicante.xlv.di.diſciplinā.habetur hyſtoria.dimiſſum.Exo. xxxij.dicens.ſub.& redarguit filios Iſrael, quia ſequebantur patres in malitia.

Ve eis. Corde.& ſi,in ore.vlulabat.vocat vlulatum canticum idololatriæ,quia amiſſo rationabili ſenſu, lupis,& canibus ſimiles erunt.P.doloſus.ſub.qui reflectitur cōtra dominũ Io.de fic in gladio.materiali,vel ſpirituali.H.Lau. principes.eorum quia ipſi alios deceperunt, & ideo primi ruerũt. ¶ In gl.ab hoſtibus.in fin.adde.i.in captiuitatē ducenſ.P.

Septima pars.iiij. di. trac. de pœ.

ANtiqua peccata. Hic incipit. vij. pars.iiij.diſt tractatus de pœni.in qua magiſter ſoluit quæſtionem quādoq; contra Io.de fic. diuinus. Oſeę.vj. &.vij. Sed per eundem. ſecũda pars.prophetam. ſ.Oſeā.& hic allegat,quòd peccata dimiſſa non redeant & hoc inducit.c.ſequens.P.

Ne forte. Omnem.ſ.non tantum pręſentes, ſed etiam pręteritas,& antiquas. P.nunc.ſ.tēpore pręſenti.j̃.c.proxi.circundederunt.multitudinem notat. P. adinuentiones.i.peccata ſuę,id eſt,proprię & nō patrum.coram facie.q.d.non ſunt venti in faciem meam.Pet.

Currui. Ita ne.i.non clarè vides.xxiiij.q.iiij.Deus.

Hæretici. Vetera peccata.ſuorũ patrũ..celere.H.reſpicit illud verbũ Oſe.corā facie mea factę ſunt

Diuina clementia. Qualiter aũt de crimine alicuius pluries quęri poſſit. Scripſi de accu.c.de his.iiij.q.& in remiſſionib⁹ ibi.p me datis.

SVMMARIVM.

1 *Peccata qualiter reuiuiſcant, & redeant.*
2 *Bona mortificata qualiter reuiuiſcant.*
3 *Quæ veniunt vt originale, qualiter veniunt.*

§. Sed his authoritatibus. Bona hoc dicit propter illa .c.
ꝭ.e.di.ſi auerterit hoc nobis.c.de percuſſo. quę inducit pro ſoa
1 ſententia † quę.ſ. quòd peccata dimiſſa redeant. Sed quia obſcu
ra videatur, qualiter ad illã poſſent adaptari, oſtendit qualiter,
vt dicit. P. ad pręmiũ ſub. ſicut videtur ibi, dici. Sed ſic intelligi
tur, nõ proficient ad pręmiũ.ſ. quia facta ſunt, ſed quia per pę
nitẽtiam reuiuiſcunt, ergo à ſimili vult dicere Gra. j. quòd pec-
cata per gratiã dimiſſa, reuiuiſcũt per culpam. P. tale eſt. ver. j.
ſic debet intelligi, de illis qui imitantur patres, in malo. P. ſic
etiam. ver illis nanq;. ver. peccata actualia.ſ. quia nõ ſequuntur
patres in actualibus, & ideo nõ reuiuiſcuot in eis. Sicut igitur.
ſecunda pars. vnde propheta. verſi. punieruot. ordo conuerſus,
quia prius corrumpuntur.ſ. cum producũtur ad actum, poſt-
modum putreſcunt, cum alijs dant exemplum peccandi, ſicut
vulnera corporalia prius corrumpantur, deinde fœtorẽ emit
tunt. P. hinc etiam. ver. commiſerant. ij Reg. xj ¶ In gloſ. ecce
qualiter in ſi. adde, & concludit ad ſoum principale propoſitũ.
2 Sed non concludit. † Verũ quia licet bona mortificata per cul-
pam reuiuiſcunt per gratiam, non tamen conſequenter debet
concludi, ergo & mala dimiſſa per gratiam reuiuiſcũt per cul-
pam, cum & io his, & in alijs oiultis aliud ſit, aliud ſit in malo.
P. ¶ In glo. arg. quod ibi, fuerit. adde, vt iſtum finem melius in
3 telligas dicas, † quòd illa quę non veniũt ſicut originale, quod
aliunde venit & quæ ſpecialiter & notabiliter aliquando fiunt
&c vt hic dicit glo. peccatũ. dic ergo peccatũ originale, reuiui
ſcere. i. vigere ſiue viuere, non quòd ipſum fiat peccatum mor-
tale ſicut erat ante, quod eſt impoſſibile, ſed quia hominẽ im-
pellit ad talia, quæ ſi faciat, ita erit dignus morte æterna, ſicut
erat ante baptiſmũ, ſed nõ pro illo, imò pro illis quæ fecit eius
impulſum, & ſic quantò magis obeditur ei poſt baptiſmũ tan-
tò magis dicitur reuiuiſcere, & quaſi victorem ſumere cũm ba
ptiſmum debilitatum ſit. de conſe. di. iiij. non ex quo. de hoc di
cam fuſiſſimè ſi res ſe obtulerit. P.

Sequitur. v. diſtin. tract. de pœni.

SVMMARIVM.

1 *Interpretatio decretalis omnis. & de prohibitione, ne vltra aliquid fiat.*

IN pœnitentia. Autem. Hic intitu-
latur quinta, diſtin-
ctio tractatus de pœniten. quæ diuiditur in qua
tuor partes. Et quid dicat prima pars habes in
glo. ſummę, ſecundũ Io. de ſicto. ¶ In gl ſummę
in prin. adde, iſta glo. quæ ponit modos pœnitentiæ eſt notabi
lis, & menti tenẽda. & ibi, dicunt quidam. adde vt Ambroſios
per hoc facit quod no. ꝭ. ea. diſt. in prin. in glo. quia mentionẽ,
in prin. & ibi, vbi es. adde. Gene. iiij. ꝭ. ea. diſt. § deniq;. in prin.
c. ſerpens. & ibi, frater tuus. adde, Gene. iiij. ꝭ. eo. diſt. § deniq;. in
prin. c ſerpens. & ibi, confiteri. adde, Ioſue. vij. & ibi, lapidatus
eſt. adde, vt. ꝭ. j. q iiij § item peccatu ciuiõ. & ibi, dicẽte. adde.ſ.
in epiſtola ſua. c. ſi & ibi, authoritate. adde, ſed contra. Matth.
iij. vbi dicit pœnitentiam agite, ad idem. ꝭ. di j. agite § econtra.
ea ver. itẽ quomodo. & § ex his. aliàs deniq;, io ſi. verſi. hinc etiã
beatus. & ibi, apud nos. adde videas, quod not. de hoc. ꝭ. eo. di.
§ j. in glo. alij enim. & ibi, græcos enim. adde, ad hoc. ꝭ. diſt. j. c.
ſi. & ibi, conſilij adde ſic videtur intelligere Gratia. ꝭ. eo. diſt. j.
§ econtra authoritas Sed beda intelligit, quòd eſt præceptum
vt patet. ꝭ xxv. diſtin § criminis. cui ſecundum. H. magis eſt cre
deodum, quàm Gratiano, & videas quod dixi. ꝭ. eo. di. iij. c. per
fecta pœnitẽtia. & ibi, per momentum. adde.ſ. debet pati apud

ſe manere peccati conſcientiam. ad hoc facit, quod dicit Hug.
de ſancto Victore. ſi neceſſitas non eſt quæ prætendatur, con-
temptus non excuſatur ſed dic, quòd notat neceſſitatem, non
tamen ineuitabilem, ſed neceſſitatem commoditatem, vel dic
quòd loquitur de illis qui de hac vita, ſine ſacramentis deceſſe
runt, qui non excuſantur ſi tunc poſſunt ſacramenta recipere.
& ibi deputatum. adde ſub. extra de pœnitẽ. omnis vtriuſque.
1 in principio. vbi de hoc per Innocentium † ſed quidam dicunt
vt frater Bonauentura quòd ipſa decretali non dat licentiam
differendi, ſed probibet negligentiam, & dilationem, ſicut ec-
cleſia prohibet ne quis vltra annum in excommunicatiõe per-
maneat extra de hæ. excommunicam⁹ § ſi verò dns. ver. & ſic
ſatisfacere nõ tñ dat licentiam remanendi, vſq; ad horam illã.
ſimiliter ſi imperator det alicui perſonæ infami priuilegium,
vt non agatur contra eum ſicut contra infamen, non propter
hoc liberat eum ab infamia, ſed ſed ſolum à pœna. ſ. vt contra
ipſum non agatur. ſed decr. prædicta omnis non liberat ab of-
fenſa, ſed ne eccleſia neget alicui ingreſſũ eccłię vel etiã ſepul
turam ſicut facit poſt. nam ipſa decre. non eſt pro negligentia
ſed contra negligentes eſt inducta ſicut dicitur in præceptio-
ne extra de præſcrip. vigilanti § j. & adde quod dixi. ꝭ. e. di. iij.
ille rex. iuxta princi. alij vt dominus Hug. credunt communius
ſecundum Pe. quòd cum ſit præceptum affirmatiuum nõ obli
gat niſi pro loco, & tempore verbi gratia tenemur honorare
parentes, ſed non ſemper, ſed quando locus & tempus eſt. i.
quando illi potius indigent tuoc tenemur. eccleſia verò in hoc
præcepto potuit tempus determinare, cum ſit præceptum di-
ſciplinę, non naturæ, vnde regulariter nõ tenet homo cõfiteri
niſi ſemel in anno. ſ. in paſcha, qñ etiã neceſſe habet cõmunicare
hanc opinionem etiam dicit Tho. eſſe probabiliorem. ſed hic
quæro an papa poſſit cum aliquo diſpenſare, vt oon confitea
tur homini? dicit Th. ꝙ non quia papa ſacramẽtorũ neceſſita
tem nec imponere, nec tollere poteſt nnua.ſ. ſacramenta inſti
tuendo, quia ſacramenta ſunt ex inſtitutione diuina, ſed diſ-
penſare poſſet ex tempore. ſ. vt differret vltra annum. Et ibi
ex diurnitate. adde hoc verum eſt, ſi non eſſet contritus, ſed in
contritione culpa dimittatur, licet poſtea ex contemptu liga-
tur, ſi non confitetur infra deputatum tempus confeſſionis,
& pœnitentię ſi haberet locum, & tempus ſecundum Pet. qui
omnia ſupradicta ſequitur de hoc plenè diſputat frater Bona
uẽtura ſupér. iiij. ſenteñ. ibi videas.

SVMMARIVM.

1 *Quædam de conditione, & qualitate pœnitentiæ.*
2 *Quæ peccatum augeant.*
3 *In vitijs eſt cõmercio, & de effectu minus peccati, & duplici pœna.*
4 *Virtus & vitium ſimul eſſe non poſſunt.*
5 *Conſcientia rei in quibus conſiſtat.*
6 *Fructus pœnitentiæ.*
7 *Differentia circunſtantiarum.*

Conſideret. io tempore ad huius notificationẽ eſt
1 ſciendum † quòd pœnitentia debet eſ-
ſe diſcreta i. ſeparata non in genere. argumento. extra appellat
tionibus ſignificantibus. ff. de iniurijs. prætor edixit. ff. de rei
vendi. ſi in rem. vel ne nimis ſe affligat. de conſe. diſtin ctione
quinta. noo mediocriſer, debet eſſe frequens, vt pluries confi-
teatur. vt. ꝭ. eadem. diſtinctione prima quem pœnitet, ar. C. de
emenda. Iuſti. C. circa medium. vel vt toties pœoiteat, quo
ties peccat ꝭ. ea. diſtinct. prima multiplex debet eſſe humilis,
in cinere, & ſacco. ꝭ. e. diſtinct. j. prædixerat. c. tres. ꝭ. e. di. iij. ſic
achab. C. de his qui ſe. defe l. prima. li. x. debet eſſe integra, quã
tum ad circunſtantias. vt in hoc. c. & xxiij. q. vij. occidit. ff. de
accuſatio. libellorum quæ ponitur. ij. q. octaua debet eſſe recta
i. ſine vitio. vt. ꝭ. ea. diſtinctio. iij. in ſalicibus & c. inter hoc hyr
cum. de conſe. di. ij. ſi credis. ff. de conditio. & demon. quanuis.
debet eſſe accuſans. quia miſericordia illum excuſat, qui miſe
rabiliter ſe accuſat. ſupra ea. diſtinct. iij. illud vero ad idẽ extra
de renũcia. niſi. debet eſſe verecũda, quia verecũdia magna eſt
pœna

pœna,& habet partem remiſſionis.ſ.e.di.j. quem pœnitet,&
commendatur à lege.ff.de ali.iud.inter.§.vlt.Debet eſſe volens
quia cum propter præſentem pudorem pœnitet,& rem & me
ritum perdit xxiij.q.vj.§.vltimo. ſ.ead.diſt.j.quis aliquando.
Debet eſſe non coacta.xv.quæſtio.j.merito.Debet eſſe genera
lis vt omnia confiteatur delicta.ſ.ead.diſt.iij.inter hoc . extra
de pœnit.& remiſ.omnis.ff.de condi.& demon.quamuis. De-
bet eſſe amara,Petrus etiam amaras lachrymas fudit.ſ.e.di.j.§.
hoc idem,& cũ lachrymis & amaritudine debet eſſe.vt.ſ.e.di.
j.§.his aothoritatibus Debet eſſe prouida,vt quærat ſacerdotẽ
ſcientem ligare & ſoluere.vt.ſ.ea.q.j.quẽ pœnitet & extra de
pœni.omnes debet eſſe propria,non per nunciũ.vt.d.c. quem
pœnitet.Debet eſſe vera,nam falſa non debet dicere.xxij.q.ij.
cum humilitatis. Debet eſſe dolens, imò non ſemper doluiſſe
doleat.vt. ſ.ead.diſt.iij.ſi Apoſtolus. Debet eſſe indiuidualis,
non debet vnum vni & aliud alteri confiteri.vt in hoc. c. De-
eccleſia reconciliabitur, propter horrorem facti criminoſi ar.
ad hoc. ſ. c. proximo. ibi ſi homicidio. quid ſi quis extra percuſ
ſus intra eccleſiam fugiat, & ibi multum ſanguinis effundat, &
moriatur dicit Hug. non obeſt: quia non fuit factum homici-
dium in eccleſia. quid ſi quis intra eccleſiam vulneretur: ſed
extra eccleſiam moriatur dicit Hug. oberit: quia in eccleſia vi
detur factum homicidium, & idem ſentit Lauren. ſ. c. proxi-
mo. dicens quòd hæc quæſtio ſoluitur. ff. ad legem Aquil. huic
ſcripturæ. §. j. vbi enim, vel quando vulnerat quis tunc interfi-
cit ſecundum Lauren. quid ſi quis ſuper tectum eccleſiæ occi-
datur. dicit Hugo. non videtur obeſſe: quia extra eccleſiam vi
detur homicidium factum. quid ſi quis in eccleſia caſu moria-
tur per ſe dicit. H. non videtur obeſſe: quia non eſt ibi homici
dium. quid ſi lapide, vel ligno cadente quis in eccleſia occida-
tur dicit. H. non obeſſe: quia non eſt proprium factum homici
dium: ſed quid ſi ſanctus vir in ſua eccleſia occidatur, ſicut &
2 ſanctus † Thomas olim Archiepiſcop⁹ Cantuarien. fuit in ec
cleſia ſua occiſus, dicit Hugo. ſ. c. proximo videtur quòd eccle
ſia pro quolibet homicidio ſit reconcilianda. ſi enim ratione
delicti eſt eccleſia reconcilianda, vbi iniquus occidatur mul-
tò magis vbi iuſtus: crimnoſius eſt enim occidere virum ſan-
ctum, quàm iniquum. xxiij q. v. ſi non licet. locus verò vbi ap-
paret veſtigium ſanguinis ſancti non eſt abluendus: ſed clau-
dendus, & cuſtodiendus. Alij dicunt quòd eccleſia non eſt re-
concilianda in hoc caſu: quia ſanguinis ſancti effuſio eccleſiam
non polluit: ſed ſanctificat quod verum eſt de ipſo ſanguine:
ſed eius effuſione, & actione eccleſia polluitur, & eget reconci-
liatione ſecundum Hugo. vnde dicit Auguſt. quòd in hoc caſu
eccleſia polluta eſt. & pro hac conſecrata. ver. B. li. iiij. ſanguia
ibi videas. argu. contra in eo quod legitur, & notatur quòd ſi
contingat eccleſiam pollui cemiterium ſi contiguum ſit idem
intelligitur eſſe pollutum: ſed non ſic in caſu conuerſo vt extra
libro. vj. de conſecratione eccleſiæ, vel altaris. ſi eccleſiam. ibi
videas. pollutæ: quia intelligunt hoc tantum quando famoſum
3 eſt, & fortè non male ſecundum id quod dixi. ſ. c. proxi. † fit
enim reconciliatio vt loca ſacra habeantur in maiori reueren
tia, & vt peccatores de peccatis ſuis confundantur, & corrigã-
tur, quæ cauſa ex quo neſcitur locum non habet, niſi quoad il-
los, qui peccauerunt: quia eccleſia nõ iudicat de occultis extra
de ſimo. ſicut. in fine. & c. tua. in fine. ſed ſi veritatem conſidere-
mus, quæ ſancta ſunt per talem pollutionem coinquinari non
poſſunt. xv. q. vlt. c. vlti. extra de coha. cleri. noſtra. ſecundum
Hoſti. qui dicit ſecundum hoc intelligendum quod ipſe no. in
ſumma. de conſecra. eccle. §. & an ſit. ver. & hoc quod. & de pœ,
& re. §. in quo tenetur. verſi. quòd ſi quis tibi. & hoc ipſe Hoſt.
not. extra de conſecra. eccle. c. ſi. qui hoc clarius aſſeruit extra
de adult. ſignificaſti. & hanc ſententiam tenet is, qui gloſſauit
ſummam Rai. rubrica de ſacramen. ite. vel non. §. poſt prędicta
in gl. magna in ſi. fuit etiam ſententia Din. & P. de qui de hoc
no. extra de conſecra. eccle. c. vltimo. ſuperius. ſubaudi, & pro-
pter alias quas canones excipiunt ſecundum Hugo. In glo. pro
maiori. in fine adde ita & altare, & ideò non eſt contra. B. Lau.
vt not. ſ. c. proximo. In glo. per coitum. in fine. adde idem ſen
tit hic Lauren. ſed Io. de contra cum litera indiſtinctè dicat,
cuiuſcunq; ſed malè dicitur ſecundum H quia non eſt ibi for-
nicatio, vel adulterium. ſ. c. proximo. Guid. In quibus autem
caſibus eccleſia, vel altare conſecrari, vel reconciliari debeat. &
qualiter Epiſcopus reconcilians debeat procurari & vtrum
ſi ſanctus in eccleſia occidatur reconciliatione opus ſit. ſcripſi
de conſecra. eccle. vel alta. propoſuiſti in tribus quæſtionibus.
& ſpecialiter quando eccleſia, vel cemiterium ſeminis, vel ſan
guinis effuſione ſit polluta, vel pollutum reconciliatione indi
geat, vel non indigeat. ſcripſi eo. ti. c. ſi eccleſia. in quæſtione.
& quid ſi de altari viatico remouetur lapis è ligno nũquid per
hoc eſt exſecratum, & execrandum. ſcripſi eod. titu. c. lineis. in
quæſtione. Item vtrum Epiſcopus conſecrans, vel fundans ec-
cleſiam ſine dote ipſam dotare teneatur. ſcripſi eo. titu. c. cum
ſicut. in quæſtione. & qualiter ſacrum, ſeu religioſum trahat
ad ſe non ſacrum, ſeu non religioſum. ſcripſi eo. tit. c. quod in
dubijs. in quęſtione. Item qualiter eccleſia, vel cemiterium pol
lutum per inferiorem Epiſcopo poſsit reconciliari. ſcripſi eo.
titu. c aqua. in quæſtionę. & quid ſi quis in eccleſia interficia-
tur ſine ſanguinis effuſione. hic videas per Guid. & in his, quæ
ſcripſi in prædicto. c. ſi eccleſia. in quæſtione.

Agapitus. Sacrilegijs. hoc dicit propter illum ſacrile-
gium, & in odium eius. ſ. j. q. iiij. eccleſia.
H. ſabulis i. orationibus. H. aliud, ſcilicet conſecrando in for-
ma eccleſiæ.

SVMMARIVM.

1 *Duæ quæſtiones de conſecratione eccleſiarum.*
2 *An eccleſia poſsit reconſecrari?*

De fabrica. Reſtauranda eſt ſub an & ſi. ver. hæc eſt
1 † ſecunda quæſtio: nam huic apoſtolico
factæ fuerunt duæ quæſtiones, prima fuit an eccleſia conſe-
crata quondam denuo debeat conſecrari ſi fabrica eius diru-
pta fuerit. & iterum reparata. Iſta ſecunda quæſtio fuit an ec-
cleſia conſecrata ſi de altari reliquiæ oblatæ fuerint, & iterum
debeat conſecrari. primæ quæſtioni reſpondeo, quòd non de-
bet iterum eccleſia conſecrari: ſed cantari debet ibi miſſa, &
erit illa loco conſecrationis. & huic ſecundæ reſponſions di-
cens quod reliquiæ debent ibi poni, & eccleſia i. altare vnde fue-
rant oblatæ de nouo conſecrari ſecundum. H. & . B. brix. po-
nit ergo primo quæſtiones, & poſteà ſubijcit ſolutiones loco
i. altari. Hug. nihil. vet.. reſponſio primæ quæſtionis ſecundum
H. iactetur, quaſi dicat. nihil nocet eccleſiæ ſi aqua exorcizata
nõ ſpergitur per eam bonum eſt tñ, & honeſtum, vt talis aqua
ibi ſpargatur. ſ. e. ſi motum. H. Laur. ara. i. reliquę ſanctorũ per
quas certum eſt ſpiritum ſanctum eſſe cuſtodem baſilicarum,
& habitatorem non ponitur. i. de nouo non collocantur in al-
tari, quod ſi fieret oporteret ſaltem altare conſecrari, vel ara non
ponitur. i. altare non de nouo erigitur: quia non fuit motum,
quod ſi fuiſſet reconſecraretur ara, & altare dicitur Dei cœli, ara
falſorum Deorũ, & infernalium, vel altare quaſi alta res, vel al
ta ara quãdoq; indifferenter ponitur: ſed propriè altare in quo
ſacerdos incenſum adolebat, ara. i. plana, vel ab ardore dicitur:
quia in ea ſacrificia ardebant. H. celebritatem. i. celebrationem
H. tenetur. aliâs tantum. i. ſine aſperſione aquæ. H. totius. ſcili-
cet quoad eccleſiam, & altare ſecundum. H. ſi verò. ver. In glo.
dimiſſa in fine. adde ſubau. vel altaria deſtructa de vtroq; enĩ
intelligi poteſt. In gl. j. obtinere. in ſi. adde. s. reconciliationis. In
gl hoc intelligitur. ibi ſeparari. adde ſicut ſucceſsiue particula-
2 tim deſtruebantur ſecundum. H. qui quærit hîc. † quid ſi eccle
ſiæ conſecratę in longitudine, vel latitudine, vel altitudine ad-
ditur reſpondeo non reconſecrabitur: quia ſacrum trahit ad
ſe, non ad ſacrum extra de conſecra. eccle. vel alta. c. iij. ſed aqua
exorcizata aſpergatur ſecundum Hug. & ibi, ſecundum eum.
adde alij contra vt not. ſ. ea eccleſia. & ibi comparatur. adde
hæc ſolutio non videtur bona per id quod habetur. ff. quibus
mod. vſusfr. amit. qd tamen. §. in viuarijs. & ideò dic vt dicitur
ſequitur ſecundum Io. de fict. & ibi eccleſiam. adde hîc videas,

quod not.vij.q.j ſicut vir.in glo.ergo eccleſia.In glo.j.aſperſio
nis.add de iſta glo.decita eſt ſed ita ponit Laur.ſanctificationis.
i.conſecrationis ſolennit item,& totius eccleſiæ.B.ſecundum
H dicit altaris tantum,alij dicunt in gloſſ.ſequitur ſecundum
Lauren.Guido.

Octaua pars.j.diſt.de conſecra.

NVllus. Hic incipit.viij.pars primæ diſt.de
conſecratione in qua probat magi-
ſter quid iuris ſit de oratorijs,in quibus mortui
ſepeliuntur.& probat per.xj capitula quòd nul
lus debet per ſe ponere altare,nec celebrare in
oratorio,ſine Epiſcopi licentia.Io.de ſic.& hactenus egit de
conſecratione eccleſiarum.ſed quia eccleſia non poteſt eſſe ſi-
ne altari:ideò ſubijcit tractatum de altaribus.

SVMMARIVM.

1 *Qualiter debet conſecrari altare.*
2 *Sacra,aut prophana ſi deſtruantur amittunt priuilegia.*

Placuit. Ab Epiſcopis.nota quòd ſicut altare non de-
bet conſecrari niſi ab Epiſcopo, ſic nec debet
execrari,nec deſtitui,niſi ab Epiſcopo,vel ab alio eius manda-
to ſecundum Hug.& hîc adde quod not.xvj.q.vij.& hoc in gl.
atq.quòd &c.fieri,ſine ſcandalo.H.namq; ſi autem,ver.oomi-
nò.verſi.probabiliter,id eſt ſolenniter.Laur.ver.In.j.glo.in ſi-
ne.adde dicit.H.ex hoc.c.habetur.quòd altare non debet con-
1 ſecrari,ſine reliquijs.† ſi autem aliter actum fuerit,altare con-
ſecratum erit ſcdm ipſum:ſed hoc non debet fieri ſi aliter po-
teſt eſſe:ſed credit quòd reliquiæ non ſunt de ſubſtantia con-
ſecrationis eccleſiæ,vel altaris,& ideò non minus conſecrabi-
tur eccleſia,vel altare,ſi illę non habentur.Quidam loco reli-
quiarum ponunt corpus domini quod laudatur,& debet fieri
etiam ſi habeantur reliquiæ.ſed ſine hoc conſecraretur eccle-
ſia,& altare ſecundum.H.qui ita not.ſ.e.de fabrica.in fine.ſed
contra hoc videtur notari.ſ.e.eccleſias.In glo.niſi eſſent.ibi,
&c.ibi videas quod dictum eſt de corpore Chriſti.Commu-
niter tenēt Doc.antiqui quòd hoc innuit liber pontificalis ſe-
cundum Hoſtien.qui dicit quòd conſuluit dominum Inno.ſu
per hoc qui habito conſilio peritorum reſpondit ei contrariū
& hoc notatum fuit in exo.xxvj c.&.xxxvij.c.vbi præceptū
fuit quòd de lignis ſechim,quæ ſunt imputribilia ædificare-
tur archa domini.& Salomon fecit altare aureum,& hoc ipſe
Hoſtien.no.in ſumma.de conſecra.eccle.§.& qualiter.verſi.di-
cunt etiam &c.& hoc etiam not.j.e.altaria.quòd bona fuerit
reſponſio eſt ar.j.e.diſt.ij.iij.illo.&.c.non iſte.&.c.panis,& ca-
lix,vbi patet quòd corpus Chriſti eſt cibus animæ.Item quia
non debet ſeruari niſi ad opus infirmi,vt patet in eo quod legi
tur,& not j.e.di.ij.tribus gradibus,& non debet poni ad aliū
vſum quàm inſtitututum fuerit non debet comedi.j.diſt.ij.ac
cipite.cum ſimilibus.vbi dicit accipite,& comedite.non di-
xit accipite,& ſeruate,ſiue recondite ad idem.j.ea diſt.ij.com
perimus.extra de cele.miſſ.ex parte.ſed legitur,quòd Leo Pa-
pa dedit partem corporalem,& euchariſtiam in dedicatione
eccleſiæ pro reliquijs.In glo.argu.originem.ibi ſpectandum.
2 adde de hoc plene not.extra de elect.dum.i.Guid.† vtrum au-
tem ſi eccleſiæ,vel ciuitates,aut alia loca ſacra,vel prophana
deſtruantur,vel ad alia loca transferantur amittant ſua priui-
legia.ſcripſi de no.ope.nun.c.cum ex iniuncto.in prima quæ-
ſtione,& in duabus ſequentibus.

SVMMARIVM.

1 *Qualiter conſecratio fieri debeat.*
2 *Fœmina prægnans mortua,an poſſit in loco ſacro ſepeliri.*

Eccleſiam. Paganus,vel alius infidelis ſepultus, nec
inde adhuc eſt extractus.neq;.verſic.ſed.
1 ver.mandauit.quòd in hoc.c.& ſequenti.ſic intellige † cum ec
cleſia debet conſecrari, prius pauimentum eſt mundandum,
& ſi ſint ibi corpora infidelium euellantur ſecundum Hug.&
patet hîc quòd corpus excommunicati mortui execrat eccle-
ſiam,vel cemiterium ad idem.j.eo.c.proximo.& extra de con
ſecra.eccle.vel altaris conſuluiſti.Moltò fortius igitur execra-
tur.vbi ipſa conſecratio tranſit,& perficitur per os,& manus
excommunicati arg ff.qui teſta.facere poſſ.domitius quod ve
rum eſt ſecundum Hoſti.qui de hoc plene not.in prædicta de-
cretali conſuluiſti.& ibi videas:nam ibi dicit quòd in hoc caſu
eccleſia eget reconciliatione.In.j.gloſſ.ibi,quidam.adde vt.B.
2 hiſpa.&.H.qui not.hîc quòd ſi talis fœmina moriatur etiam
partu viuo licitè portatur in eccleſiam,& licitè ſepelitur in ce
miterio de hac materia plene not.Hoſt.in ſumma.e.tit.§.& an
ſit.verſi.quid ſi mulier prægnans &c.vide ibi no.Goff.in ſum-
ma.in fine.Guido.

SVMMARIVM.

1 *Tabula lapidea,an poſſit conſecrari.*
2 *An ſine veſtimentis poſſit miſſa celebrari.*

Concedimus. Vt hoc,vt non ſuper fluat non de-
bet hîc eſſe,vel poteſt legi pręficit,
& erit exemplificatiuum,& coniungitur cum verbo à Nor-
manis &c.ſecundum.H à Normanis.lv.diſt.lator.vij.q.j.ſciſci
1 taris † tabula lapidea quæ conſecrari non debet niſi habeat ca-
ſulam,de capſula autem illa cui compaginatur tabula illa non
refert vtrum ſit lignea,vel lapidea,vel de materia alia ſolida.
altare autem lapideum ſignificat Chriſtum iuxta illud petra
autem erat Chriſtus.j.ea.diſt.ij.re vera.vnde denudatio alta-
rium die paſſionis dominicæ ſignificat quòd diſcipuli eo reli-
cto omnes fugerunt Ro.do.permixtius.hoc verbum ſuper-
2 fluit in itinere.ver.cætera.† ſed nunquid ſine veſtibus officio
miſſæ deputatis poteſt confici corpus Chriſti.Credo quòd ſi
fiat verum erit ſacramentum,licet grauiſſimè peccet qui hoc
fecerit ſcienter ſecundum.H.Rodo.pertinentia.vt hoc melius
intelligas ſcire debes,quòd in concilio remen.c.iiij.ſtatutum
fuit,vt null⁹ pręsbyter abſq; amictu,alba,& ſtola,& fanone,&
manipulo,& caſula nullaten⁹ pręſumat miſſam celebrare,nec
vnquàm præsbyter his indutus extra eccleſiā exeat: quia hoc
lex diuina prohibet,vt Ber.li.ij.c.vt nullus præsbyter.In gloſ.
ad quid.ibi,tecta.adde vel dic quòd capella pro eccleſia dicta
cta eſt quaſi capiens laos.i.populum,vel laudem,vel quaſi cam
pana:quia paucos capiat ſecūdum Pap.de hoc etiam dixi.xvj.
q.j.plures.Guido.

Altaria.j. In glo.j.ibi,in exodo.adde.xxvj &.xxvij.c.&
ibi,de auro.adde.ij.paralipo.iiij.c.& ibi, fit.
adde hoc verum eſt:nam eſt de appreſſe.& ibi,petra.adde j.e.
diſt.ij.re vera.& in fine.adde geñ.c.xiiij.& hæc antiphona,ſci-
licet erexit Iacob &c.cantatur in conſecratione altaris.In glo.
ſ.xij.in fine.adde,&.j.diſt.proxima.inſtitutio per hęc iura p-
batur quòd quandoq; ſubditi deuiant à conſuetudine eccleſię
metropolitanæ in diuinis officijs,tunc Archiepiſcopus eſt or-
dinarius iudex etiam ſubditorum ſuorum ſuffraganeorū, qđ
dicit Hoſt.intelligendum quando non habent certam conſue
tudinem,vel habent turbatam:nam tunc recurrendum eſt ad
conſuetudinem metropolitanæ eccleſiæ extra de cenſi.ſuper
eo.extra de ſpon.duo.per tuas.alioquin non ſunt vnius eccle-
ſiæ conſuetudines aliorum contraria conſuetudine ſubuerten
dæ.xij.diſt.illud.in fine.& hoc not ipſe Hoſti.in ſumma.de of-
fi.ordi.§.quòd pertinet.ſub.§.ſunt autem.ver.officium varium
&c.Guido.

Vnicuiq;. In gl.j.ibi non licet.adde.i.non poteſt.inſti.
de re diui.§.ſi quis.verò.In gl.ibi, neceſſita-
te.adde.ſ.e.c.i.iuxta finem.&.c.ſicut.& ibi Epiſcopi, adde ad
hoc.ſ.ea.diſt.miſſarum.& de hoc habetur.ſ.e.concedimus.in
gl.id eſt oratorijs.Guid.qualiter autem fugiens ad eccleſiam
debeat eius immunitate gaudere.ſcripſi plenè de immu.eccle.
c.eccleſiæ.in.j.q.& in.xviij.quæſtionibus ibi ſeq.

Si quis. Ordine.i.de conſenſu Epiſcopi,vt.j.ſequitur.&
not.ſ.e.vnicuiq; paſcha.ver.cæteris.hoc quā-
tum ad ciues.j.di.ij.nulli.B.hiſp.ver.clerici.verum.lus, vel in
alijs,niſi

alijs niſi de licentia Epiſcopi. argu.xvj.q.j.quicunq;.&.qõ.v.ſi quis Epiſcoporum.Bern.biſpa.Gui.

Nona pars.j.diſt.de conſecrat.

SVMMARIVM.

1 *Quibus ex cauſis templa de loco ad locum mutari poßint.*

TRibus ex cauſis. Hic incipit nona pars primæ diſtinctionis de conſecra.in qua loquitur magiſter de tranſlatione reliquiarum, & eccleſiarũ lo.de fict.& ſic cootinuatur nam.ſ.proxi.c. dictum eſt propter difficultatem ad parochiam accedendi ora torium poſſe fieri extra parochiam:ſed quia quandoq; hac,vel ſimili cauſa,ſeu neceſsitate eccleſiæ tranſmutantur de loco ad locum ideò cauſas ſubijcit ex quibus licet eccleſias traoſmutare.vnde ſecundum Hug.notula habetur hîc,† quibus ex cau-
1 ſis eccleſiæ de loco ad locum poſſunt mutari vnico.c.oſtendit de hac notula hîc ponit etiam Laur.loca ſanctorum.i.eccleſiæ nominibus ſanctorum intitulatæ.prima.ver.perſequutorum. vij.q.j.temporis,& expone perſequutio. i. inſeſtatio eorum, per quos eſt neceſſe illam eccleſiam relinquere.H.ſecunda.ver. difficultas:quia difficile eſt,ibi eſſe ſecundum Hug.tertia.ver. malorum.de quorum conuerſione,& pœnitentia deſperatur. vij.q.j.ibi.H.Guid.

SVMMARIVM.

2 *Qui reliquias ſurripuerit an ſit ſacrilegus.*

Corpora. Quia.ſ.c.proximo dictum eſt quòd eccleſiæ trãſferri poſſunt ne crederet aliquis poſſe transferre eas aothoritate propria,ideò ſubiungit iſtud.c.in quo oſtendit quòd eccleſia non poteſt transferri ſine conſenſu Papæ,vel Epiſcopi:ſed verum eſt quòd ooo loquitur expreſſè de tranſlatione eccleſiæ:ſed reliquiarum per quam intelligitur,quòd conſequens tranſlato eccleſiæ,vode hîc conſueuit eſſe talis notula cuius authoritate eccleſiæ debeant transferri, oſtendit in hoc.c.ſecundum.H & P. de San.ſynodi.i.clericorũ maioris eccleſiæ,qui alij dicuntur concilium, vt.xij.q.ij. placuit.P.& H.In glo.id eſt,Papæ adde.ſi verò dicatur.principis i.regis,vel imperatoris localiter intelligitur, ſcilicet vbi non poſſet hoc eſſe ſine ſcandalo,ſi fieret ſine concilio principis,& ſpecialiter de eccleſijs quarum eſt patronus ſecundum Hugo.
2 † quid dicemus de eo,qui furatur reliquias ad hoc dicit Laur. dicerem enim committere ſacrilegium niſi cum ſint apud ſarracenos,videtur autem quòd non committat furtum io re ſacra.C.de furtis.ſi nondum:nam ſacrilegium committitur, & non furtum.ff.ad legem Iul.pecul.diuus.ff.de pœ.aut facta.§. locus.ſed iure canoni.credo eum furtum committere: quia vnum noo excludit aliud.xxiij.q.iiij.quid ergo.& adde, & videas quod dixi.xvij.q.ioj.quiſquis.Gui.

Decima pars.j.diſt.de conſecra.

LIgna. Hîc incipit.x.pars primæ diſt.de cõſecra.io qua probat magiſter per ſex c.q̃ ligna vetuſta eccleſię,& alia veſtimenta eccleſiæ,& ornamenta non debent redire ad humanos vſus.lo.de fict.dedicare. maximè idem enim videtur ſi non fuerit dedicata argu.ſ.c. proxi.Ber.hiſpa.& idem not.Laureu.vel ligni.ver.in laicorũ. ver.debeat hoc propter reuerentiam eccleſiæ ipſa enim ligna non ſunt ſacrata In glo.noo tamen in fine.adde id eſt colecidis de hoc legitur,& nota.xiij.q.j.§.ad hoc.ver.conſtitutis &c.

SVMMARIVM.

1 *Palæ quæ dicantur,& eius ethymologia.*
2 *Quæ non debent verti in vſus proprios.*

1 Altaris pala. † Palæ dicuntur veſtimenta altaris,ſcilicet ſyndones & corporale quæ quia ſunt quadrangulæ,ideò dicuntur paleæ à quodam muliebri pallio quadragulato:quia pala dicitur,ita dicit.H.P.cathedra. in qua ſedet ſacerdos indutus veſtibus ſacerdotalibus.velum.pannus eſt qui pendet ſuper altare,vel cortinam.H P.& quod dicit hîc,de cathedra,& de candelabro,& velo,intellige quæ cohærent ipſi altari:nam illa religioſa ſunt ſicut pali vineę ſi ab ea ſeparentur,& reponantur,vt iterum vineę ex eis reparentur, pars vineę intelliguntur.ff.de acti.empt.l. fundi.in fine. ſecus ſi pali aptentur,vt in vinea ponantur. vt in eadem lege idem, qđ dicit de iſtis,idẽ intelligas de omnibus alijs.ſ.lapidibus, vel cementis:nam vbi eſt eadem ratio debet idem ius eſſe.ff.ad legem Aquil l.illud. Laur.incendio.ad modum chriſmatis veteris.ĩ.di.uj.literis.† hic eñ noo debet tranſire in proprios vſus clericorum,vel Laicorum,& hoc verũ eſt de his,quæ fiunt ſpeciali benedictione conſecrata ſiue in talibus vſibus deputata, cum effectu.i.ita quod habetur in vſu altaris,aliâs licet hęc intentio eſt oblatum.ſ.q̃ eſſet io vſu altaris hoc licitè aſſumitur in communes vſus,& propriorum clericorum,& laicorum,& talia licitè venduntur etiam laicis,& donantur ſicut fit cotidie de candelis,& alijs oblationibus,peccat tamen ſacerdos: quia videtur fraudare votum offerentis ſi ad hoc,vel illud officiũ obtulerit illud:ſed quoad Deum nihil nocet ei cui datur ſecundum Hug.Guido.

SVMMARIVM.

1 *An poßit omitti veſtis,& quid denotent veſtes.*
2 *An poſt diem iudicij ſint veſtiti homines.*

1 Nemo. Per ignorantiam in.j.gl.in fi.† adde de Epiſcopis,& ſacerdotibus planum eſt,quòd induũtur ſacris veſtibus ſui ordinis.In alijs clericis credo quòd poſſet fieri,licet aliquando omittantur propter paupertatem: ſed in Epiſcopis,& de ſacerdotibus non eſt omittendum:nam veſtes ſacerdotales ſignificant virtutes,& ipſorum bonorum opera. xliij.di.c.j.cum quibus præ ceteris ſunt repręſentandi dño qđ ergo in hoc.c.dicitur.intelligitur de laicis, vt qui vim eis vti non poſſunt,nec mortui vtantur.argu.xxiij.q.ij.ſanè.Laici tamen mortui alia veſte induẽdi ſunt.ſ.de cilicijs in ſignum pœnitentiæ.ſ.vt tali veſte repręſentant inſignia pœnitentiæ, ci-
2 nis enim,& cilicium ſunt arma pœnitentiæ.† ſed ſi quæras,an homines poſt diem iudicij ſint veſtiti,videtur ex quo mortui veſtiuntur,& quia ſemper angeli appareot veſtiti,& Chriſtus in transfiguratione veſtitus apparuit ecõtra videtur quòd debeant eſſe nudi: quia in eadẽ forma erimus in qua fuit Adam ante peccatum,& etiam in meliori:ſed ante peccatum nudus fuit ergo poſt diem iudicij nudi erunt homioes quod credo verum eſſe:quia tunc nulla deformitas erit in corporibus beatorum quam oporteat tegi,& hæc,quæ fiunt mortuis fiuot in figuram,omnes enim debent ſepeliri aliqua veſte induti, ad oſtendendum,quòd indumento virtutum,& bonorum operum veſtiti ſunt repræſentandi domino.P.& Hug.vtrum homines poſt diem iudicij eruot veſtiti,de quo tetigi.ſ.ſcripſi de pœni.& remiſ.cum ex eo.in prima.q.

In ſancta. Sacra vaſa,id eſt calix,& patena contractentur.miniſtrando.H.ne.ver.pereant.id eſt pẽnatur,& flagellantur.H.iuſti.Ioſue. vij.numeri.xvj.ſ.vij.qõ.j. deniq;.In glo.j.pœnam.ibi æternaliter.adde de hoc ſatis nota. ſ.j.q.iiij.io ſumma.& in fine.adde ſed contra.xj.q.iij.illud.vbi dicitur quòd Deus nulli inuito ingerit pœnam:ſed expone,vt ibi dicitur.Guido.

Vndecima pars primæ diſtinctionis de conſecratione.

VAſa quibus. Hic incipit.xj. pars primæ diſtinctionis.de conſecratione in qua dicitur quibus calicibus, & corporalibus celebrare debemus.lo.de ficto.& oſtendit hoc per tria capitula:nam ſupra de va

ſis,& vtenſilibus reuerenter vtendis generaliter docuit nunc autem pertractat quod dictum eſt.

SVMMARIVM.

1 *Quæ denotentur per calicem,& corporalia.*

1 Conſulto. In glo.ideo.in fine.† adde dicas quòd corporale ſignificat eccleſiam,& illud ſupponitur calici:quia Chriſti compaſsinnem eccleſia non deſinit mutari,corporale enim multo labore candidatur, & eccleſia multo labore Chriſto conformatur. Item corporale ſignificat ſyndonem in qua corpus Chriſti fuit inuolutum,vt innuitur.ĩ.de lino autem ideò fit corporale:quia ſicut linum multis tonſionibus ad cãdorem deducitur,ita eccleſia per illud ſignificata,quæ per Chriſti corpus intelligitur multis paſsionibus,& preſſuris ad candorem vitæ æternę perducitur,& ideò etiam corpus Chriſti per illud ſimiliter ſignificatum per multas tribulationes venit in gloriam ſecundum.P.H.Gui.

Duodecima pars primæ diſtinctionis de conſecratione.

SVMMARIVM.

1 *Qualiter miſſa venerit in vſum,& à quibus aucta fuerit.*

IAcobus. Hìc incipit.xij.pars primæ diſtinctionis de conſecratione.& in hac parte ponit magiſter à quibus miſſa fuit compoſita,& ſic continua de altari erigendo,& conſecrando,& de vaſu eius præſertim in quibus euchariſtia conficitur multa hucuſq; magiſter diſſeruit:verum quia altare ad aliud non erigitur niſi vt ibi miſſarum ſolennia celebrantur,nec etiam euchariſtia eſt conficienda,niſi in celebratione miſſarum,ideò hìc magiſter per.vij.ca-
1 pitula ſobiungit de miſsis.† & qualiter miſſæ à ieiunijs ſunt cantandæ,& quoties io die debeat celebrari ſecundum. H. & Pe.In glo.id eſt ordinem.ibi,miſſæ adde,ſcilicet quantum ad ſecretam quam Iacobus inſtituit,& baſilius quædam addidit. qui longe poſt eum fuit ſcilicet in tempore Iuliani apoſtatæ. Ber.hiſpa.& ibi,alij alia adde ad huius dicti declarationẽ nota diligenter quòd miſſa olim non cum tanto apparatu,nec cum tanta ſolennitate cantabatur.primo enim ab apoſtolis dicebãtur illa verba tantum in celebratione miſſæ quæ dominus dixit hoc eſt corpus meum.ſed poſteà apoſtoli addiderunt orationem dominicam,& hæc conſuetudo apoſtolorum adhuc repræſentatur ſingulis annis in ſancto die veneris. eo excepto quòd eo die non conſecratur poſteà tertio iidem apoſtoli, vel eorum ſucceſſores inſtituerunt,vt epiſtola,& euangelium legentur ante ſacrificium. primo enim epiſtola legebatur, & poſteà euangelium.tertio dominicà oratio quando dicebantur verba domini,& tunc officium miſſæ inchoabatur à lectore qui mos in ſabbato ſancto pentecoſtes adhuc retinetur.& poſteà ſancti patres,& apoſtoli viri illas ſolennitates quas nũc habet miſſa addiderunt,vt Alex.Gelaſius,Gregorius,Leo,Cęleſtinus.Damaſius &c.canonem miſſæ,dicit Gregorius eſſe cõpoſitum à quodam ſcholaſtico,apoſtolici tamen multa addiderunt. Alexander enim dominicæ paſsionis commemorationem ibi fieri iuſsit. Gregorius primus addidit dieſq; noſtros &c.vſq; per Chriſtum magnus Leo addidit ſemel ſacrificium immaculatam hoſtiam.Cęleſtinus addidit introitum miſſæ,& ſic diuerſi diuerſa diuerſis temporibus addiderunt ſecundum Hugo.& oot.quòd octauum concilium Aphricanum cui beatus Auguſtinus interfuit iſta conſtituit nullæ preces,vel orationes,vel miſſæ,vel præfationes, vel commendationes, vel manus impoſitiones dicantur,niſi in concilio fuerunt approbatæ ſecundum Inno.iij.& in fine adde & extra de celebratio. miſ.c.cum Marthę.Gui.

Decimatertia pars primæ diſtinctionis.de conſecratione.

SVMMARIVM.

1 *Caſus in quo ſacerdos non debet aſſumere hoſtiam,& an effectus euchariſtiæ conſiſtat in conſecratione.*

2 *Quædam de conſecratione quæſtiones.*

NOcte ſancta. Hìc incipit.xiij.pars.j.diſt.de conſecra.in qua ponit quare tres miſſę in natali domini decantantur Io.de fict. Vtrum autem,& in quibus caſibus poteſt ſacerdos vna die plures miſſas lici-
1 tè celebrare.† Item oonquid ſacerdos videns vinum verſum in ſanguinem viſibilem,vel hoſtiam in carnem non debet iſta ſumere:ſed debet ea pro reliquijs reſeruare.ſcripſi extra de cebra.miſſ.ſuper rubrica circa princ.in ver.ſcias autem.& nunquid ſacramentum euchariſtiæ conſiſtat in conſecratione.ſcri-
2 pſi ibi,in prima quæſtione.† Item quis eſt miniſter iſtius ſacramenti:& an quilibet homo,& ſpecialiter an Diaconus poſsit conficere iſtud ſacramentum.& nũquid præsbyter hæreticus, aut excommunicatus,vel degradatus illud conficiat, & quæ fuit cauſa,vel neceſsitas eius inſtitutionis.& quando fuit inſtitutum,& nunquid hoc ſacramentum ſit vnum, vel plura, & quare ſub ſpeciebus panis,& vini inſtitutum ſit.ſcripſi ibi videlicet ſub rubrica de celebratione in ſecunda quæſtione, & in octo quęſtionibus ibi ſeq.alias autem remiſsiones quamplurimas ibi videas in.§.materiam autem.& duobus.§.ſeq.vſq; ad capitulum prębyter.In.j.gl.ibi ante diem.adde ſcilicet circa medium noctis,quo tempore Chriſtus natus eſt ſecundum H.& ibi,in die.adde dicas ꝙ communiter loquendo de miſſa dici in die,& non in nocte ꝙ hoc ſacramentum ad tempus gratiæ pertinet quod per diem ſignatur ſecundum illud ad roma. xiij.c.nox,quæ præceſsit,dies autem appropinquabit ſecundum Tho.

Decimaquarta pars primæ diſtinctionis de conſecratione.

SVMMARIVM.

1 *Quando miſſa ſit celebranda.*

SAcramenta. Hìc incipit.xiiij.pars.j.diſtinctionis de conſe-
1 cratione.Io.de fict.† qua autem die, vel hora miſſa ſit celebrãda,dic vt ſcripſi de celebratio. miſſ.c.prębyter.in.vij.q.& quid eſt melius audire miſſam boni,vel mali præsbyteri. & nunquid ſacerdoti expedit cotidie celebrare,& nunquid plures eandem hoſtiam poſsint celebrare.& quid ſi vno prębytero in eccleſia celebrãte,alter prębyter non indutus ibi exiſtens dicat ante eum ſupra hoſtiam verba conſecratoria animo conſecrandi à quo tũc cenſebitur hoſtia conſecrata.& nunquid præsbiter peccat qui omnino à celebratione abſtinet.dic de his omnibus, vt ſcripſi de celebra.miſſa.conſuluiſti in ſex quæſtionibus.Item vtrum eccleſia aliqua die remanere debeat ſine miſſa ſcripſi.e.ti.c.concilium.in tertia quæſtione.In gl.ĩ.vij.q.in fine. adde dici poteſt quòd iſtud verbum excepto ponitur incluſiuè, & eſt ſenſus excepto.i.accepto,& computato inter alios dies quaſi nullo die excepto,& eſt ſi.xxiij.q.v.non eſt noſtrum.xij.q.ij.Ebrõ ſecundum.H.& ſic non corrigitur.Gui.

Decimaquinta pars primæ diſtinctionis de conſecratione.

SVMMARIVM.

1 *An præueniendo horam peccatur.*

2 *Vſq; ad quam horam ſit ieiunandum.*

Quando debeat celebrari miſſa,& aliæ multæ quæſtiones.

Solent.

SOlent. Hic incipit.xv.pats huius primæ diſtinctionis de conſecra.lo.de ſic. ieiunare.dignn.i.ieiunandn mereri.ſignum.pa-
ne.qui ver.ieiunare.i.dignè,& recto,
1 † quia in prçueniendo horam edendi peccatur.ĩ.ea.diſt. v.quinq; niſi propter peccatum cannn fingit eſſe quod non eſt.ij.q ij.omnes.H.vnde licet quis hanc horam anticipet non propter hoc ſtangit ieiuoium licet peccet,& ſic debet intelligi hoc.c.& prædictũ.c.quioq; ſecundum Innn.qui ita no.extra de obſerua.ieiu.in prin.verſi.item credimus.ſed Hoſti.hanc literam intelligit ſicut ſonat,vt not.in ſumma eo.titu.§.ij.verſi. ſed oec pro quo ſacit litera præcedens nullatenus:nam ſecundum Papi.nullatenus idem eſt quòd nullo modo ratione nulla concurrendum.verſi.ad miſſam:nam quadrageſimarum diebus fideles ab eccleſijs deeſſe non debent.ĩ.diſt.iij.ne quis. vbi etiam dicitur,ꝙ laici hoc tempore exemplum, & pręceptum ſacerdotum cuſtodire debent,& ſic videtur ibi eſſe ar.pro ſententia Hnſtien.de qua.ſ.proximè dixi. ſic etiam allegat illud
2 c.pro ſe.ſi verò.ver.hora.† nondum quòd in ieiunijs aliorum temporum non cogitur aliquis ieiunare,niſi vſq; ad nonam: quia tunc non cantatur miſſa in nona,vel ſi cantatur non dicuntur veſperę.& ideò niſi miſſa impediat nō cogatut aliquis ieiunare vltram nonam:ſed in tempore quadrageſimæ maioris ſtatutum eſt,vt poſt miſſam nonalẽ ſtatim cantãtur veſperę,& vt ieiunemus vſq; dum veſpertinum officium cantetur, vt hic dicitor.ſed quare hoc ſic ſtatuitur ratin eſt. ieiunium quadrageſimæ maioris celebramus ad imitationem Chriſti,& quia.D.Chriſt⁹ ieiunauit.xl.diebus,&.xl.noctibus nihil comedens debemus,& oos totn illo Chriſti tempore ieiunare,nulla die,vel hora comedentes ſicut ipſe non comedit quod non poſſumus propter defectum naturæ ſaltem tota die ieiunando vnlumus ipſom imitari,& quia inſtaote, & vrgente famis neceſsitate nnn poſſumus ex pectare vt finiatur dies expectamus,vt ſaltem diornales horæ finiantur.i.quę in die celebrandæ ſunt,vltima quarum eſt nfficium veſpertinum completorium enim quod ſequitur licet deputetur huic diei,quaſi complens ipſum non tamen decantatur in hac die.ſed poſt finem eius in principio ſequentis diei:quia ſecundum computationem canonicam à veſpertinn tempore incipit ſequens dies argu.lxxv.di quod à patribus,& ideò ſtatutum eſt quòd in quadrageſima veſperę poſt miſſam nonalem ſtatim celebrentur, ſine interuallo,& ſic apparet quare in quadrageſima debet qs ieiunare quouſq, veſpertinum officium celebretur, & quare poſt miſſam nonalem ſtatim decantatur ſecundum. P. &.H. In.j.gl.ibi,debitores.adde ad hoc.ff.de verbo.oblig. cum qui. §.quoties.&.l.qui hoc.ff.de re iudi.ſi inter eos. & in fine.adde &.ff.ad legem.ij.ſi ita.§.pegaſus.ff.de vſuris.l.iij.§.cũ pollidius.
3 Gui.† qua die autem,& qua hora miſſa debeat celebrari. ſcripſi de celebra.miſſ.c.præsbyter.in.viij.quęſtione. & oonquid conſecratio panis,& vini ſit vnicum ſacramentum.& nũquid non bibens vinum valeat celebrare.& ounquid ſacerdos totum panem,qui eſt io foro,vel totum vinum quod eſt in celario valeat conſecrare.& nunquid poſsit boc ſacramentum cõfici io pao: ordeaceo,vel fermẽtato.& qoid de aceto,vel agreſta,aut de aqua artificiali,vel roſeacea.& vtrum & quando celebrans vinum perfuſionis debet accipere.ſcripſi eo.ti.c.ex parte.in prima quæſtione,& in quæſtionibus ſequentibus. Item quæ eſt ratio quare verba canonis dicuntur ſecretè,& ſubmiſſa vnce.& quid ſi in hoſtia admiſceatur aliud granum,vel fortè piper,aut muſtum,vel agreſta,ſeu acetum,vel nectar.ſcripſi de celebratio.miſſ.c.cum Marthæ.in primus duabus quæſtionibus.Item qualiter intelligitur quòd vinum,& aqua trãſubſtantiantur io ſanguinem,aut panis in corpus.& qualiter ibi, natura cedit miraculo.dic vt ſcripſi in prædicto.c.cum Marthę.io tertia quæſtione.& in ſex quęſtionibus ibi ſequentibus. Item quæ eſt forma huius ſacramenti, videlicet conſecrationis corporis,& ſanguinis domini noſtri Ieſu Chriſti. & nunquid illa verba,accipite,& manducate,& illa noui, & æterni teſtamenti.& illa quotieſcunq; &c.ſint de ſubſtantia formæ iſtius ſacramenti,& qui ſunt effectus iſtius ſacramenti & nunquid tranſſubſtantiatio panis io corpus,& vini in ſanguinem fiat ſucceſsiuè,aut potius in inſtanti.& quid in verbis conſecratorijs demonſtret illud pronomem demonſtratiuum hoc. ſcripſi in prædicto.c.cum Marthæ.in decima quæſtione,& in duabus quęſtionibus ibi,ſequentibus.Item an corpus Chriſti in diuerſis locis poſsit ſimul conſecrari,& eſſe. & nunquid Chriſtus in cœna dedit diſcipulis ſois verum corpus ſuum paſſibile.& quid fieret ſi aliquid de fruſtro carnis appareret, & nunquid corpus Chriſti corporaliter,& tale quale fuit in cruce à fidelibus manducatur.ſcripſi in prędicto.c.cum Marthæ. in decimaquarta quæſtione,& in duabus quæſtionibus ſequẽtibus. Item vtrum ſacerdos ſibijpſi corpus dominicum valeat miniſtrare.& an religioſus de licentia proprij ſacerdotis, illud poſsit parochianis,vel ipſi ſacerdoti miniſtrare.& vtrum Angelus illud poſsit conficere, & ounquid ſufficit licentia Epiſcopi abſq; licentia proprij ſacerdotis. & qoid ſi apparet ſub ſpeciebus carnis,vel ſanguinis.& nunquid beatus oculus, vel Angelus,aut Diabolus poteſt videre corpus domini ſub ſacramento.& nunquid conſecratur,ſeu conficitur ſola caro ſine oſsibus.& quid de anima,& quid de deitate.ſcripſi in prædicto.c.cum Marthę.in decimaſeptima quæſtione.Item quid eſt melius audire miſſam boni, vel mali pręsbyteri, & nunquid ſacerdoti expedit cotidie celebrare.dic de his,& alijs quę ſcripſi.ſ.e.in.c.ſacramenta.circa prin.

Decimaſexta pas primæ diſtinctionis de conſecratione.

IN ieiunijs. Hic incipit decima ſexta pars primæ diſtinctionis de conſecratione in qua tractat quando miſſæ ſint cantandæ,ſeu celebrandę.lo.de ſict.de quo ſ.remiſi ad notata in ea de celebra.miſſ.c.pręſbyter.in octaua.quæſtione.

SVMMARIVM.

1 *De religioſis fœminis quædam refert.*
2 *Miſſa pro defunctis die dominico poteſt celebrari.*

Et hoc attendendum. Fiunt. loquitur de ſolennibus miſsis,& in feſtiuis diebus ſic.ſ.e.octe.H.abſtrahatur.non dicit quòd populus à talibus miſsis excludatur:ſed ſecundum.H. ſi non poſſunt cantari, niſi in conſpectu populi potius dimittantur quia audita tali miſſa populus recederet,& nō expectaret miſſam ſolennem populus.hoc nomine non comprẽhendũtur moniales,vt habetur ex integro.c. vbi ita ſic loquitur poſt finem
1 iſtius.c.exceptis.† de hoc ſacratis fœminis quibus mos eſt ad publicum nō egredi:ſed clauſtris monaſterij contineri ad boc extra lib.vj & de ſtatu regularium.periculoſo. ſed ſacerdotes. verſi.in circuitu vrbis,id eſt in villis. vel burgis ſecundum.H. hic ſatis colligitur ex integro.c.quòd eſt Broc.lib.ij.c. & hic debet eſſe,&.ĩ.nam in integro ita ſequitur:quia peſsimus vſus eſt apud quoſdam in dominicis diebus,ſiue in quilibet feſtiuitatibus mox miſſam celebrare quam quis,& ſi pro defunctis ſit cum audierit accedat,& per totã diem à primo mane ebrietati,& commeſſationi potius,quàm Deo ſeruiat admonẽdus eſt populus,vt ante publicum peractumq; officium ad cibum non accedat:ſed omnes ad publicam ſanctam matrem eccleſiam miſſarum ſolennia,& prędicationem audituri conueniãt
2 &c.vt ſequitur.† & ita habes ex hoc dicto quòd die dominica poteſt cantari miſſa pro defunctis.ad idem.ĩ.eo.aurum.quod multi negant eò quòd dies reſurrectionis eſt,vt ibi dicam. In.j. gloſſ.ibi, priuatæ, adde, ſcilicet votiuæ quaſi non publicę: ſed quæ celebrantur ſine vocatione populi, ſine pulſatione

ſignorum.ſicut eſt miſſa pro peccatis, vel ſanctæ Mariæ, vel apoſtolorum,& huiuſmodi ſecundum.H.In glo.not.ibi.maiori eccleſia.ad hoc facit quod not.xxxviij.di.quando in gl.in letanijs &c.in fine.Guido.

Xvij.pars.j.diſt.de conſecratio.

SVMMARIVM.

1 *An miſſa ſit cotidie celebranda,& audienda.*

2 *Duæ miſſæ poſſunt celebrari pro defunctis.*

SVfficit. Sacerdoti.Hic incipit.xvij.pars primæ diſtinctionis de conſecr.
1 io qua tractatur quod in rubro ponitur.† celebrare dicunt quidam,quòd dicere miſſam cotidie non eſt præceptum,nec etiam audire cotidie:quia uou eſt poſsibile ſemper peccat tamen ſacerdos qui nunquàm vult celebrare cum tamen poſſet: quia in vacuum gratiam dei recipit:quia verſi.redemit.ad Roma.vj.non.verſi. quid autem.ver.pro defunctis.quædam eccleſiæ hoc reſtringunt ad caſum quãdo funus præſens eſt:ſed cum hęc litera nõ diſtinguat io hac parte,nec ego diſtinguo vtrum fiat hoc pro corpore præſenti an pro anniuerſario,an pro deuotione dum tamen non ſit corrupta intentio,nec contra conſuetudinem loci approbatam,vel conſtitutionem ſynodalem fiat.Rodo.vnde hodie ſtatutum eſt,quod etiam tempore interdicti generalis ſingulis diebus in eccleſijs,& monaſterijs miſſæ celebran-
2 tur,vt extra li.vj.de ſen.ex alma.§.adijcimus.† ſed noiioe duas pro defunctis poſſet quis ex iuſta cauſa celebrare.arg.quòd hic j.e.viſum. vbi oſtenditur,quòd in omni miſſa pro defunctis oratur alteram.quòd licitum eſt.j.diſt.proxi.relatum.qui verò.ſecunda pars.plures.i.duas.j.di.proxi.relatum. damnarioeni:nam ſimoniam committunt ad cuius declarationem ſvide quod not.j.q.j.iudices.in glo.ad ſumptus.Gui.

Xviij.pars.j.diſt.de conſecra.

SVMMARIVM.

1 *Partes miſſæ,& quot ſunt præfationes approbatæ de virgine Maria.*

DE hymnis. Hìc incipit.xviij. pars primæ diſt.de conſecra.in qua probat magiſter quòd hymni ſunt authentici,& debent decantari Io.de ficto. & continuatur ſic,dictum eſt.s.de miſſarum celebratione:ſed quia quandoq; hymni cantantur in:ideò ſumpta occaſione in-
1 terſerit de hymnis:† quas autem partes habet miſſa, & etiam de præfatione,hìc videas per Guido.vnde ſi quęras quot ſunt præfationes miſſarum per eccleſiam approbatæ.& vtrum feſtum cooceptionis beatæ Mariæ debeat ſolenniter celebrari. die vt ſcripſi eo.tit.c.concilium.io prima,& ſecunda quæſtionibus.Matth.xxvj.c.& Paulus.ver.ad Epheſios.iiij.c. in pſalmis.qui ad bonam operationem cõmonent eſt enim pſalmus bona operatio.P.& H.canticis,quæ ad exultationem de gaudio æterno commonent,vnde ſubdit ſpiritualibus:quia ſpiritualia ſunt quæ docent,& ideò ſpiritualiter intelligenda eſt enim exultatio mentis habitandæ æternis, & in vocem prorumpens.ſic ergo dicitur canticum,vbi agitur de tali exultatione.P.& quia ſecunda pars ſanctorum canonum noui, & veteris teſtamenti,& etiam canonum apoſtolorum,& conciliorũ, authentica.B,hiſp apoſtolica ita.i.apoſtolorum.xj.diſt.eccleſiaſticorum.H.pſalmorum.niſi officio mortuorum.H.honor dicitur.dicitur quòd iſte ver.ſiue hymnus fuit compoſitus à nicena ſynodo.ſed poſteà inſtituit Hieronim⁹ authoritate Papæ Damaſij,vt diceretur ſicut nunc dicitur Gloria patri,& filio,& ſpirituiſancto.ſecundum.H.cecinerunt.Luc ij.doctores i.doctor.ſ.Hilarius pictauen.Epiſcopus.H.componuntur.ver. commendationes.i.preces quibus viui, vel mortui commendantur Deo.imponens ſuper ordinandos,vel pœnitentes reconciliandos,vacant.i.ſuperfluunt. admonet.ver.thimoteum ij.c.obſecro.his verbis apoſtolus tradidit omni eccſiæ formã qualiter debeant miſſarum ſolennia celebrare,vt apertè diſtiguit quatuor partes miſſæ,& dic primum omnium.i.ante omnia inſeriæ miſſæ cuius prima pars eſt vſq; ad offertorium. obſecrationes orationes.hìc eſt ſecunda pars miſſæ, & extenditur vſq; ad finem dominicæ orationis.poſtulationes.hæc eſt tertia pars miſſæ,& extenditur vſq; ad communionem,& dicitur miſſa poſtulationis,gratiarum actiones. hæc eſt quarta pars miſſæ,& protenditur,vſq; ad finem,& dicitur miſſa gratiarum actionis.& not.quòd obſecrationes,quæ dicuntur io miſſa vſq; ad offertorium quę exinde dicuntur vſq; ad cõionem dicuntur poſtulationes,quę poſteà dicuntur vſq; in fine. ſunt gratiarum actiooes.vel dic q obſecrationes ſunt admirationes pro malis vitandis,vel remouendis orationes ſuot pro virtutibus,& bonis ſpiritualibus,vel bonis temporalibus habendis poſtulationes fiunt pro cœleſti gloria habenda gratiarum actiones ſunt de perceptis bonis,vel vitandis malis ſecundum.H.Item not.quòd ſecunda pars miſſæ quatuor habet diſtinctiones,prima dicitur ſecreta.ſecunda dicitur præfatio.tertia canon.quarta dicitur dominica oratio cum ſua præfatione ſ.præceptis ſalutaribus &c.& protenditur pars iſta vſq; ad.ſed libera nos à malo exinde ſequitur tertia pars,& dicitur miſſa poſtulationis,vſq; ad communionem,vt.s.dictum eſt ſecundum.H.qui de hoc ſatis not.s.e.Iacob.ſicut.ver.In glo.j.benedictione,ibi,edent.adde hymnum ponit qui dicitur poſt miſſam.In glo.ſupple.in fine.adde.i.debet reſpui ſecundum eos. H.Alij dicunt quòd iſtæ dictiones ille hymnus ponuntur pro accuſatio,aliás carent verbo.In gl.ibi,præces.in fine.adde, & ibi requiem æternam dona eis &c.ſecundum Laur.qui ita dicit.j.di.ij.vtrum.Guid.

Hi duo. Alleluia.i.laudate.inuiſibilẽ.i.Deum, vel laus inuiſibilis.i.Dei ſecundum.H.alleluia idem eſt quòd laudate,vel laus eia eſt nomen Dei inuiſibilis.i.ſignificat inuiſibilem io excelſis.Luc.ij.Babilonem.de pœ.di.iij.in ſalicibus.ſuper flumina.i.temporalia quæ tranſeunt.ſedemus.humilitati:ſed non erecti per ſuperbiam non iacẽtes per ruinam i.fleuimus non pro damnis temporalibus:ſed pro.Syon.ſyõ.q.d.non pro alia flemus,niſi pro ſyon.i.cœleſti Hieruſalẽ.H.decet.quaſi dicat illos decet laudare Deum,qui vel mente,vel re ſunt in ſyon.i.in cœleſti Ieruſalem non enim eſt laus io ore peccatoris.quòd nouẽ.ſecũda pars hebdomadis.ſ.à ſeptuageſima, vſq; ad paſcha.nouem ordines quorum nomina habes de pœ. diſt.ij.c.principium.corruens. Ezechie.xviij.angelicũ.apo.xx. reparationem.hæc eſt pręcipua cauſa quare Deus hominem fecit.formauit.geñ.ij.alleluia.i. in laudem nouam. reddidit. Matthæ.vltimo.ro.vj.In.j.gl.io fine.adde ſub.nec habere poſſumus cum ſecundum.H.non fuerunt,niſi.ix.In gl.homines.in fine.adde dicit Iſidorus io h.officiorum beatorum angelorum numerus,qui poſt ruinam angelorum malorum diminutus eſt ex numero electorum hominum ſupplebitur,qui numerus ſoli.Deo eſt cognitus vt Bro.li.xx.c.angelorum nomen. Guid.

Xix.pars.j.diſt.de conſecrat.

NVllus Epiſcopus. Hic icipit.xix.pars primę diſtinctionis de conſecra.Io.de ficto. pręsbyter hactenus quo ordine qua ve celebritate miſſa ſit cantanda.perdocuit.nunc autem qua deuotione ſit dicenda,& andienda.xiij.e.ſecũdum.H.& Lau.ſi autem baculo.i.virga epiſcopali.H.aut ver.prohibet.j.ad Corin. xj.&.xiij.c.& ſi ver.priuetur.niſi ceſſet,vel in pœnam ſuſpendatur à cõione ſacramentorum,& fratrum.xviij.diſt.ſi Eps.c. propter eccleſiaſticas.x.q.iij.c.vnius.H.cum vero.ij.pars data, id eſt incœpta.ſi quis.verſi.ſuſpenſus pro arbitrio ſuſpendendis Hugo.In.j.gloſſ.ibi,vt gladius.adde reſpicit prædicto.c.diſciplina iuxta finem,& hæc etiam fuit ſententia Hugo. prout hic ſatis not.Guid.

Vt illud. Palea eſt,& ponitur.vij.q.j.illud.

Xx.pars.j.diſt.de conſecrat.

EPiſcopus. Hic incipit.xx.pars primę diſtinctionis de conſecratio.in qua magiſter probat quòd ſacerdos ſolus non debet officia celebrare. Io.de ſic.regione.i.latere.H.lęua.ſ.ſiniſtra.cuſtodientes enim. hoc in primitiua eccleſia fuit inſtitutum propter hęreticos,infideles prædicatoribus inſidiantes,conſenſum præbentes communicando,& oſculum pacis dando,& recipiendo.j.di.proxi.c.pace igitur.c.peracta.omnes.ſ.ſupradicti:ſed hoc in paucis locis hodie ſeruatur. B hiſpa.Gui.

Iubemus. Poſsit aliquando non tamen ſemper.xj.q.ō.iij.ſi ſunt. iuxta apoſtolum. ad Timo.iij.c.& ad Ro&.xij.c.ij.ad Corinth.viij.c.ab his.i.ab illis, qui ſunt extra eccleſiam alibi exponitur,ſcilicet laicis.viij.q.j.licet in omni loco.i.in domo,& in camera. Ber.hiſp.In gl.ſ.xj.q.in fi.adde ſub.tantum,& non imitari in bono.

SVMMARIVM.

1 *An ſolus poßit celebrare miſſam?*
2 *An ſolus ſacerdos poßit infirmum vngere.*

Hoc quoq;. Dominus vobiſcum. Ruth ij.in gl.quæ adeò.ibi quidam vt.H & ibi, alij adde vt Ber.& Cant.& ibi.cantare poteſt.adde iſta fuit ſententia Lau.quam multi tenent arg.extra de verb.ſigni.quæ ſunt ſecundum Hug hic contrarium innuit.vt.j.dicam proxi.cuius
1 ſententia ſequitur Hoſt.in ſumma.de celebra.miſſ.§.j.ver† nec ſolus poteſt &c.pro quorum ſententia optimè facit extra de filijs præsbyterorum.propoſuit.in fine.vbi not.Innocē. quòd cum muliere poſſet in neceſsitate celebrare ſolus.argu.xxvij.q.j.Diaconiſſam.ſed arg.contra quia mulier non debet accedere ad altare.xxiij diſt.ſacratas.& in fine.adde ſubau.habens reſpectum ad eccleſiam in qua plures ſunt ſiue multi.quia eſt collatio fidelium,vt.ſ.ea.eccleſia.ſecundum Io.de fict ſed Hug.dicit quòd iſta verba ſunt eadem enim ratione ſolus præsbyter poſſet cantare miſſam ſecundum Hug.& ratio huius.c improbat hoc dictum Io.ſecundum Ber.hiſp.In glo.hoc dominus.ibi,ſuos.adde quid in bonum quoq; ſignificationem ſaluatoris expreſsit qui Ruth.Moabitidam duxit vxorem.& not.quòd.vij.vicibus populus ſalutatur in miſſa quatinus excluſis ſeptem vitijs capitalibus ſuſcipiat gratiam ſeptiformem ſecūdum Inn.iij.Guido
2 † Item vtrum ſacerdos ſolus poſsit infirmum inungere.ſcripſi de verbo.ſignificatione.c.quæſiuit.in prima quæſtione.

Xxj.pars.j.diſt.de conſecrat.

SVMMARIVM.

1 *Pœna quæ promulgatur qui non audiant totam miſſam.*

OMnes fideles. Hic incipit.xxj.pars primæ diſt.de conſecra.in qua probat magiſter quòd totam miſſam populus audire debet
1 † qui autem ex contemptu recuſauerit excommunicabitur,& hoc probat per quinq; Canoñ.Io.de fict. & ſcripturas.i.epiſtolas qui.ſæpius ſumitur ex dictis apoſtolorum.qui autem.verſi.nō perſeuerant.i.ex conſuetudine,vel ſuperſtitione percipiunt tēporibus deputatis extra de pœ.omnis.inquietudines.ecce ponit cauſam conſtitutionis qua ceſſante ceſſabat pariter quòd vrgebat,& ita non excōicabuntur,vel hoc olim obtinuit Lau.de clarius commonentes,inquietudines eccleſię.ſ.per ſcandalum,vel ſtrepitum,vel tumultum,vel contentionem, vel aliō modo ſimili.& not.quòd non remouet quin ex cauſa neceſsitatis,vel honeſtatis,ſeu etiam ex cauſa minus iuſta, vel honeſta poſsit quandoq; ante finem miſſæ diſcedere ſine hac pœna, dummodo alij qui ſunt in eccleſia non ſcandalizantur ſecundum Hug.communionē priuari,id eſt excommunicari.ſi.v.q.iiij.in loco ſi admonitus ceſſare non vult ſecundum.H.ſacerdote.verſi.Guidò.

Xxij.pars.j.diſt.de conſecra.

SVMMARIVM.

1 *Miſſæ ethymologia.*

EPiſcopus nullum. Hic ſcipit.xxij pars primæ diſtioct.de conſecra.Io.de fict.cathecuminarū.hoc exponitur.xxxv.q iij.de his,qui hoc durat
1 vſq; ad offertorium,† & dicitur miſſa.i.nuncia hinc & enim eccleſia dicitur miſſa:quia preces noſtras ferat,& mittit ad Deum.ſed miſſa propriè dicitur in tempore ſacrificij quando cathecumini foras mittuntur,qñ leuita clamat,ſi quis remanſerit cathecuminus exeat foras,& inde miſſa:quia ſacramentis altaris intereſſe non poſſunt:quia nondum regenerati noſcuntur ſecundum Hugo in deriuationibus.c.nitto.& idem Pap.In.j glo.ibi.c.cum excōmunicato.adde item contra xxiiij.q.iij.clericus.xxv.diſt perlectis.in prin.j.q.j.non licet.& ibi,abrogatum. adde ad hoc.ſ.j.q.j.non liceat clericis.vbi de hoc.idem no.xxv.di.c.j.Guid.

Xxiij.pars.j.di.de conſccrat.

SVMMARIVM.

1 *Euangelij ſignificationes.*
2 *Standum eſſe dum ſecreta miſſa celebrantur.*

APoſtolica. Hic incipit pars.xxiij.primę diſtinctionis de conſe.Io.de
1 fict.euangelia.† i verba euāgeliſtarum geſta domini deſcribentium, aliâs largo modo dicitur euangelium,prędicatio,& doctrina bona. vnde Apoſtolus dicit ſecundum euangelium in eccleſia leguntur ſ.in edicto,ſiue pulpito,vel alio loco,& eminenti tanquā vbiq; & ab omnibus audiendum,& q ita fieri debet ſumptum eſt ab eo quod dixit IESVS quod in aure audiſtis prædicate ſuper tecta,& coram omnibus,primò fit ſignum crucis ſuper li. poſt in fronte,& pectore quaſi in vtroq; ſuperluminari, hoc ita ſcribitur in hyſtoria euangeliorum.c.xj.autem &c.venera-
2 biliter.i.reuerenter.H.cum,non elati ſuperbi ſtantes.† ſtare etiam debemus dum ſecreta miſſæ dicuntur,vnde in ipſa orat ſacerdos pro aſtantibus:ſed de alia dicimus an ſtare debemus iure non cauetur,& ideò deuotioni orantis,an ſtet, an ſedeat committitur,niſi aliud de conſuetudine habetur, quæ in hac eſt inuiolabiliter obſeruanda. B.hiſpa.Gui.

Xxiiij.pars.j.di.de conſecra.

SVMMARIVM.

1 *Oblationes quæ feſtiuis diebus fiunt an ſint de iure debitæ, vt peti poßint.*

OMnis Chriſtianus. Hic incipit xxiiij. pars primæ di.de conſecra.Io.de.dicit.xxiij.c.denter.xvj.c.eccleſiaſti.xxv.c.& in collec.ver.ad ipſam.ver.numeri.ver.In.j.gl.ibi,ſed credo.adde,& bene ſcdm Lau cuius fuit iſta gl.tota,& idem ſentit.H.qui dicit,
1 q non credit,† quòd oblationes,quæ voluntariè,vel ex deuotione fiūt in feſtiuis diebus ſint debitę,vel poſsint de iure peti.& idem ſentit frater Rai.qd hic dicitur in gl.q hoc omnis intelligitur de omni oblatione interiori,vel bonorū operum,vel de cōcilio.& ſcdm H.quod dictum eſt in veteri teſtamēto,nō apparebit in conſpectu meo vacuus cerimoniale fuit,& tunc temporis ad literam ita fuit inſtitutum,& pręceptum:ſed non

modo ad literam ſecundum Rai.noo obſtat prædictũ.c.ſtatuimus.& xxxij.diſt.præter hoc.quomã intelligitur de alijs oblationibus,ſcilicet quoniam facta eſt donatio eccleſiæ inter viuos,vel Deo,vel eſt Deo,& eccleſiæ facta donatio cauſa mortis,quæ duæ ſpecies oblationum neceſſariè ſunt ſoluendæ,vt colligitur.xij.q.ij.nulli.&.c.qui abſtulerit.xiij.q ij.qui oblationes.& duobus.c.ſeq.ibidem.credit tamen idem Rai.quòd ſi de conſuetudine ſolent parochiani in feſtiuitatibus certis offerre poſſunt cogi ad tenendam piam conſuetudinem: ſed ab Epiſcopo cuius officium in talibus eſt implorandum.argu.de ſimo.ad apoſtolicam.ſed pone,quòd Epiſcopus celebrat in eccleſia cathedrali,vel alia eccleſia parochiali,cuius erunt oblationes,quæ ad manus eius veniunt dic quòd ſuę:quia ſibi offeruntur,& à proprio parochiano ſecundum Hoſt.quod dic vt plenè no.in ſumma.de parochia.§.in quibus.ſub.§.hîc tamen.verſi.quid ſi Epiſcopus &c.& ibi,inſident.adde hoc ſanè intellige.& dic vt plenè not.Hoſt.in ſumma.de parochi.§.in quibus ver.in tertia verò quę &c.vbi ſatis no.de materia huius gloſſ.& quo modo hoc.c.intelligi debet.ſ.de ſolennibus feſtiuitatibus locorum.Gui.& tene menti qualiter parochiani poſſunt de iure compelli ad oblationes.& qualiter oblationes venientes ad manus Epiſcopi celebrantis debent eum pertinere,de quibus ſcriſi.ſ.poſt Guid.

Xxv.pars.j.di.de conſecrat.

PErlatum. Hic incipit. xij. pars iij. diſt, de conſe. Io. de. & hoc ſic cõtinua
quia in ſolennitatibus ad decorẽ dei, & ſancto-
rum imagines ſolent offerri, ideo poſtquam de
ſolennibus ferijs egit, ſubſequẽter de ſacris ima
ginibus annectit. vnde talis noctula hic habetur, adijcit magi-
ſter de ſacris imaginibus. Hu. & vide, quod dicam. j. c. c. ſextam
in fine. inconſiderato zelo. i. indiſcreto, non ſecundum conſciẽ
tiam ne adorari latria quod debet fieri. Hugutio. & quidem.
verſiculo. dic. verſiculo. aliud iſta pars. vſque in fine habetur
Broc. libro. iij. aliud. hiſtoriam. i. viſum hiſtoria enim viſus
interprętatur. Ber. Hiſp. idiotis. i. laicis ſit in authen. quomo-
do opor. epiſ. j & quia ipſi pictura hoc operatur, ideo vt ſcri-
ptura habera debet, in honore arguoento. xxj. quę. quarta. c. j.
&. xxij. q. iiij. c. actione. Ber. Hiſpa. vnde ipſa pictura. vel ima-
go dicitur imaginatiua ſcriptura. xxj. q. iiij. c. omnis iactantia.
1 Hugut. pictura. ideſt imago. Hugutio. † gentibus. i. gentilibus
qui notitiam oouæ legis, vel veteris non habent. Hu. Io gloſſ.
hoc colligitur in fine. adde de hoc legitur & notatur. xij. q. ij.
ſi quos. in. q. nona. ibi videas. In gloſſa ſupra diſtinctione. in ſi-
ne adde dic vt no. j. c. proximo. & ibi dicam. Guido.

SVMMARIVM.

1 *Adorationis ſpecies.*

Venerabiles. primitiuorum ideſt ſanctorũ ad quo rum imitationes fuerint, & quaſi ob
eis deriuantur, & deſcendunt. in gloſſ. ſ. latria, ibi veneratio,
1 adde dicas † quòd duæ ſunt ſpecies adorationis ſeruitutis, ſ. la-
tria, & dulia, latria eſt ſeruitus, ſiue cultus ſoli deo debitus, du
lia eſt ſeruitus, quæ debetur creaturæ. vnde verſus, dulia ſit ſer
uo debetur, latria chriſto, adoremus ergo deum diligendo ip-
ſum ſoper omnia, credendo in eum, ſacrificia illi offerendo,
& ſuper omnia reuerentiam, ſed adoremus crucem, & imagi-
nem, reuerentiam exhibendo, non in eã credendo, vel ſuper
omnia diligendo, vel ſacrificium impendendo, hoc enim eſſet
idololatriam exercere. ſupra eodem capitulo prioio. ſupra ea.
diſtinctione ſecunda acceſſerunt. ſecundum Hugutio.

Xiij. pars. iij. diſtinct. de conſecr.

SVMMARIVM.

1 *Quare in miſſa dicatur ter agnus dei.*

2 *Quando fuit ſtatutum imagines non pingi in eccleſia.*

SExtam. Hic incipit.xiij. tertiæ diſt.de cō
ſecra.Io.de.quibus,verba ſinodi,
ſculpturis,aliâs ſcripturis.i.picturis.H.præcur-
ſoris.ſ.Io.bap.cū dixit ecce Agnus Dei &c.nam
Chriſtus per agnum paſchalē ſignificatus à Io-
anne,dictus eſt agnus,gratiæ.i.quia figura tranſit in gratiā,per
legem,in qua videbatur agnus imolari.H.Moſi.Exo.xij.prę-
monſtrans,agnus,dico præmonſtrans.ſ.præfigurans,agnū,di-
cit Iſidorus,ꝙ agnus dicitur ab agnon,qđ eſt pium,vel latinè
dicitur ab agnoſcendo,quia ſi in magno grege errauerūt,ſolo
balatu agnoſcit matrē,ideò Ieſus Chriſt⁹ Agnus dicit̃ propter
paſſionem,in primis quia ibi pius donans nobis pacē,agnouit
1 patrem obedientia,matrē cura,† & hæc eſt vna cauſa quare in
imolatione altaris,dicitur ter agnus Dei,quaſi dicat agne qui
agnouiſti patrem,miſerere nobis agne,qui agnouiſti matrem,
miſere nobis,agnus qui optuliſti te pro nobis dona nobis pacē
ſecdm Poll.antiquis.ver.caſus datiui,hucuſq; ſunt verba ſynodi
ab illo loco,quibus &c traditis.ſ quondā in veteri teſtamento
maledicentes.i.licentiātes,& terminū imponentes. B.agnu.Io.
2 j.c.depingi,in concilio libertano dicit̃ contra,† vbi ſic ſtatutū
fuit,placuit picturas in eccleſia fieri non debere,ne qđ colitur
& adoratur in parietibus depingat̃.vt Broc.lib.iij.placuit pi-
cturas,& fortè ex illo concilio mouebat̃ epiſcopus,de quo ha-
betur.ſ̃.e.perlatū.ſed dic ſecdm.H.ꝙ ei derogatū eſt,per hoc.c.
& per generalem conſuetudinem.¶ In glo.i.gratioſam in fine.
adde,ſcilicet factum ex ſola gratia.

Decima quarta pars tertiæ di-ſtinctionis de conſecratione.

SVMMARIVM.

1 *Deus ſimplex dicitur,& de diſtinctione trium perſonarum.*
2 *Quicquid fit ab vna fit ab alijs duabus perſonis.*

OMnes quos. Hic incipit.xiiij pars.iij.
diſt.de conſecr.&c.Io.de
fi.& hoc ſic continua,tractaturus Gratianus in
ſequenti diſtinc.de baptiſmo,& forma baptiſmi
quæ in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti
amen conſiſtit,oſtenſurus de trium perſonarū æqualitate,præ
termittit.vt no.æqualitate trium perſonarū vna & eadem vir
tute,in baptiſmo eas operari nō dubitemus,ſecdm Ioſ.Hug.&
1 Lau.vnitatē.i.ſunt vnus.i.ſunt vnus Deus.† Et not.ꝙ Deus di
citur ſimplex vt extra de ſum.tri.c.j.in prin.ſiue nō amittēdo
qđ habet,ſeu quia nō eſt aliud ipſe,& aliud qđ in ipſo eſt,ſicut
in homine cuius eſt aliud eſſe & aliud ſapere,Deus autē eſſen-
tiam habet,hoc eſt,& omnia vnus eſt,hac deinde ſimplex eſt,
quia in eo eſt aliquid accidētis:ſed & qđ eſt & qđ filius in ipſo
eſt eſſentialiter eſt,excepto ꝙ relatiue ad quancunq; perſonam
eſt ſecdm Pa.ideoq;.ver.filius.ver.quia in paternitate diſtingui
tur pater à filio & filiatione filius à patre,ſpirituſq;.ver.vnita-
tem.i.ad vnitatē ſubſtantiæ,quæ eſt tres perſonas,non tamen.
ij.pars,quaſi dicat quamuis pater filius & ſpiritus ſanctus ſint
eiuſdē ſubſtantiæ & vnus Deus,reſurrexiſſe.Mat.c.vlt.trinita
tem.i.tres illas perſonas,baptizat.Luc.iij.& Io.c.j.aſcenſionē.
Actu.c.ij.ignis.i.igneis linguis,in columba ſuper dñm ſpiritus
ſanctus apparuit,quia venit nos per manſuetudinē docere,ſu-
per diſcipulos in igne,quos ad conſummandā peccati rubigi-
nem,contra ſe veniebat accendere,nec eadē.ver.tu es.Mat.c.j.
baptizatus à Ioanne.Mat.iij.c.in monte Tabor.Mat.xvij.tres
diſcipuli,Petrus,Iacobus,& Ioannes.Lau.clarificaui.Io.xvij.ab
æterno,vel per multa miracula ſecdm.H clarificabo.i.in reſur-
rectione,& aſcentione patris in perſonā patris ſequentē:nam
fuit vox angeli,ſecdm.H.inſeparabiles.eſſentia & voluntate.j̃.
2 di.v.c.ſi.inſeparabiliter.† quia quicquid facit vna perſona,fa-
ciunt & aliæ duæ,quando enim filius ſuſcepit carnē,& pater
& filius operatus eſt illam carnis ſuſceptionē,nō tū pater ſuſ-
cepit carnē.Et no ꝙ hoc.c.præmittitur tractatui de baptiſmo
quia hîc æqualitas trium perſonarū oſtenditur,vt eas pariter
operari in baptiſmo non dubitet̃.B.Hyſp.vt dixi.ſ̃.in prin.hu
ius capituli,operentur.xxviij.q.j ſic enim.Guid ¶ in gl.vera,
ibi,redijt.adde adhoc not.ſ̃.j.di.proxi.aliud eſt.Guido.

Sequitur quarta diſtinctio tra-ctatus de conſecratione.

SVMMARIVM.

1 *Ianua ſacramentorum baptiſmus,& ſymbolum quare ita nominetur.*
2 *Quare factum eſt,vt baptizaremur per aquam potius,quàm per alios liquores.*
3 *Baptiſmus quid ſignificet? & quando effectum habeat.*
4 *In baptiſmo tria ſunt ſacramenta.*

NEceſſàrium. Hic intitulatur.iiij.di-
ſtinctio tract.de conſec.
&c.in qua tractatur principaliter de baptiſmo,
quæ diuiditur in.xxxij.partes.In prima parte
probat,ꝙ qui baptizatus nō fuerit ſaluus eſſe nō
poterit,quæ ſic continuat̃ ad præcedentia,præmiſſo enim tra
ctatu de ſacramēto euchariſtiæ vtpote digniore.ſ̃.di.ij.c.nihil
nunc in iſta quarta diſtinctione ponit de ſacramento baptiſmi
vtpote neceſſariori,cum ſine eo nemo ſaluet̃.vt.j̃.e.di.c.firmiſ
1 ſimè.† Eſt enim ianua omnium ſacramētorū &c.vt dicitur in
ſumma aquę intranſitiuè.i.aqua,quæ eſt viſibile ſacramēta in-
terioris mundationis,neceſſaria,adultis,idem.ver.ex aqua,in-
tranſitiuâ.i.aquę quæ eſt viſibile ſacramentū,viſibili ſacramē
to,non remouet quin qñq; poſſet renaſci per ſolam fidē,& ſan
guinis effuſionem.j̃.e.c.baptiſmi.c.cathecuminū.H.ſpiritu in
uiſibili.ſ.ſpiritu ſancto operante inuiſibiliter,ſimbolū.i.ſacra-
mentum baptiſmi,quoddā ideò ſymbolum appellatur,quia in
baptiſmo accipimus fidē in ſimbolo cōtentam.ſ.credo in Deū
quo baptizandus debet inſtrui,& doceri.j̃.e.ante.Io.de fi.vel.
ver.iſtud,vel diſtinguit inter adultum,& paruulū qui propter
infirmitatem ætatis intellectum.i.fidem non habet.j̃.e.c.nihil
aliud,& eſt neceſſarius ſpiritus ſanctus:vnde totū.c.intelligo
de adulto,vſq; ad vltimū.Lau.& ideò dicit Io.def.ꝙ hoc refer
tur ad paruulos qui fidem non habēt,& etiam dicitur,per gloſ
2 ſam,ex aqua.† Conſueuit quęri,quare fuit inſtitutū ꝙ in aqua
potius,quā in alio liquore fiat baptiſmus,ad hoc reſpondit.H.
qđ ideò,quia ſicut aqua ſordes corporis,& veſtes abluit,ſic ba
ptiſmus maculas animæ,ſordeſq; peccatorū,ſiue vitiorū mun
dando abſtringit,vel ideò,vt nullū inopia excuſaret qđ poſſet
fieri ſi in oleo vel vino fieret,cū multi careant his & hæc cario
ra ſint aqua & vt cōmunis materia baptizandi inueniret̃ apud
omnes quia aqua inuenit̃ apud omnes qđ non contingit in alijs
liquoribus,hoc etiam quod in aqua debeat fieri baptiſmus,ſi-
gnificauit aqua quę de latere Chriſti,emanauit,quæ fuit ſignū
iſtius ſacramenti,ſicut ſanguis alterius ſacramēti ſignū fuit hîc
adde qđ dicam.j̃.e.nunquā.¶ In.j.glo.ibi.ſacramentorū.adde
vt.xxxij.di.§.verū.&.c.ad hæc.extra de preſ.non bap.c.veniēs.
3 Et ibi.ablutio.† adde dicas qđ baptiſmus græcè,latinè tinctio
interpretatur,qđ ideò tinctio interpretatur quia ibi homo ſpi
ritu gratiæ in melius mutatur & longè aliud quā erat efficitur
baptizatus in nomine patris,& filij,& ſpiritus ſancti amen.Si-
cut in tribus teſtibus ſtat omne verbum,ita hoc ſacramentum
confirmat ternarius numerus diuinorū.ſ.patris,& filij,& ſpiri-
tus.ſ.vt hæc ſumuntur ex dec.Fab.Papę.c.v.& habentur.Bro.
lib.iiij.c.j.& hîc videas,qđ dixi.ſ̃.j.q.j.dedit.Et ibi,animę.adde
adhoc.ſ̃.xxxij.q.vij.licitè.Et ibi,ipſa aqua adde & hęc tria idē
ſignificant.ſ.ablutionē interius factā,vel quæ debet fieri,quod
dic vt.j̃.in glo.ſe.Et ibi,ſpiritus ſancti.adde vt.j̃.e.propriè.&
c.ſi quis præsbyter.&.c.multi.in fin.Et ibi,ſi quis.adde de hoc
dic.vt ibi no.&.j̃.e.multi.Et ibi,fuerit.adde vt.j̃.eo.c.filius.Et
ibi,poſt mortem.adde,ſed contra hoc eſt quòd Iudas baptiza-
uit,tantum ante paſſionē,& non poſt arg.j̃.e.aliud.ſ̃.j.q.j.de-
dit,ideò alij aliter dicunt,vt ſequitur.Et ibi,baptizatus.adde

tamen

tamen baptiſmus non habuit plenū effectum, niſi poſt mortē eius & reſurrectionem, adhuc non fuerat ianua paradiſi aperta arg. j.c. propriè. & c. ſe. Poteſt tamen dici ſcd'm Goſ. & reſponderi adhoc qd dicit. lo. quia tunc dedit formam baptiſmi facto & exemplo ſed poſteà dedit verbo, & præcepto cū dixit, Apoſtolis euntes &c. vt. ſ. dicitur. Et in fi. adde in hoc caſu. ſ. quando indignè hoc ſacramentum ſuſcipitur, & tunc tantum recipit ipſum ſacramentū, & non rem ſacramenti. vt. j.e. quomodo, & circa hanc materiam videas qd no. Inno. extra de bap. in principio, ibi omnino videas. ¶ In glo. ſubaudi, ibi, character.
4 adde vt hoc clarius videas, ſcire debes, † q tria ſont in baptiſmo, quorū quodlibet eſt ſacramentum, & dicitur baptiſmus. ſ. aquę ablutio exterior facta ſub forma baptizandi à Chriſto inſtituta & character quidem dominicus, qui Deo authore inſtitutus ex ipſa ablutione abluti, & abluentis ablutione. i. dū ille abluit, & iſte abluitur innaſcitur, ſeu fit vna ablutio & adhęret ei inſeparabiliter perpetuo quæ in eo remanet cum alia duo recedant. vt in. c. hic alleg. licitè, ſcd'm Hug. ¶ In glo. de adultis, ibi, ab hinc. adde de his etiam intelligitur, q. l in textu prætermittitur & qd etiam ſequitur, vſq; ibi, vel ex aqua &c. vnde ſanè intellige iſtam glo. ¶ In glo. i. fide in fi. adde ſub. ex qua quis diſcernit & intelligit quid credere debeat. Guido.

SVMMARIVM.

1 *Legis appellatione quid ſignificetur.*
2 *An feſtum conceptionis debeat celebrari ſolenniter.*
3 *Status iſtius diſtinctionis, & ibi de baptiſmo quæſtiones quæ fieri poſſint.*

Per baptiſmum. Caro peccati. i. peccatum natū ex carne, vel. i. ex originale peccatum qd ex corruptione carnis procedit, in carnē. i. in anima ex carne, concupiſcentia i. originale peccatum, qd facit concupiſcere, innata, ipſi animæ H. non fit, quoad eſſentiam & pœnalitates temporales. H. & hic quære, qd dixi de pœ. di. j. ſerpēs in addit. quia inflixit &c. nam ſi. ver. habent. ſ. concupiſcentiā, mi
1 raculo, hic vide qd dixi. ſ. xxvj. q. v. nec mirum, lex, † legis appellatione ſignificatur peccatum originale, vt hic & ideò dicit lex quia ligat & ad malum cōpellit. Item ius diuinum. xxxj. di. in cœna. j. q. vij. ſi quis omnem. Item ius humanū. inſti. de iur. natu. § lex eſt. ff. de leg. l. j. & ſ. x. di. lege Item conſuetudo. ſ. j. q. j. c. ventum. xxij. q. v. ſi quis conuictus legi mētis. i. rationi, quę ideò dicitur, & eſt mentis lex quia eam dirigat & ligat ad bonum, hę duę leges ſibi adinuicē ſemper repugnant. H. non fit, ſub. ſed remanet in baptiſmo quoad eſſentiam & temporales pœnalitates ſed euacuatur quoad pœnam ęternam. arg. j. e. nō ex quo. ſ. e. di. ij iteratur. xv. q. j. ſi concupiſcentia. H. & quaſi, ſic. xxiij. q. vj. vides. l. diſt. ferrum. & eſt iſtud. q. no. improprietatis, quia re vera quod factum eſt &c. ff. de cap. & poſtli. reuer. in bello § factæ. & in authen. de equal. do. § j. lo. def. ¶ In. j. glo. ibi, temporalis. adde de pœni. diſt. j. ſicut primi. ¶ In gl. imò etiam in fine. adde hic & videas qd legitur. & no. j. e. diſt. non ex quo. ¶ In glo. vt in litera in fi. adde. ſ. e. diſt. iij. c. j. ¶ In glo. ar. quod ibi, aboletur. adde ar. contra. xxvj. diſt. de iudæ. in fi. vbi de hoc.
2 Guid. † Vtrum autem feſtum conceptionis debeat ſolenniter celebrari, de quo hic no. per glo. ſcripſi plenè in. c. conquæſtus. extra de fer. de peccato autem originali, aliqua hic videas per
3 Guido. † Quia autem iſtud. c. & diſtinctio tota tractat principaliter de ſacramento baptiſmi, quærā hic de aliquibus ad materiam iſtam pertinentibus, & me expediam remiſſiue. Et primo in quo conſiſtit ſacramentum baptiſmi, & ſi quis baptizetur in flumine quę aqua baptiſmalis dici debet. Et nunquid exiſtens in vtero ante natiuitatem ipſius baptizari poſſit, vel ſanctificari, & nunqoid in vtero ſanctificati ſint baptizandi, & nūquid in baptiſmo baptizantis, & baptizati intētio requiratur, & nunquid recta debet eſſe talis intentio: ſed de his omnibus, dic vt ſcripſi extra de bapt. & eius effe. ſuper rubrica in primis ſex quæſtionibus. Item vtrum in baptizato, & in baptizante, fides catholica neceſſariò requiratur, & vtrum baptizati ab hæreticis rem ſacramenti conſequantur, & qualiter baptiſma iterari non debet: & quare ſabbata paſchæ, & pentecoſtes, ad baptizandum per eccleſiam ſpecialiter deputentur, & de cathecиſmo, exorciſmo, baptiſmo, & baptiſmatis complemento, ſcripſi vbi. ſ.. in ſeptima & octaua quæſtionibus. Item vtrum chatecиſmus debeat pręcedere baptiſmum, & an chatecиſare ſit officium ſacerdotis, & an pueri ſint chatechiſandi, ibi ſcripſi in nona quæſtione. Item vtrum exorchiſmus debeat præcedere baptiſmum, & an ſit ad ſignificādum tantum & non ad operandum effectum, ibi ſcripſi in decima quæſtione. & nunquid peccet differens baptiſmum, & quare imponitur nomen in baptiſmo, ibi ſcripſi in dictis collect. & aliàs remiſſiones, ibi vide in § Hoſt. autem Item quid ſi dicat ſacerdos baptizat te Chriſtus, vel Petrus vel ſacerdos vel baptizo te demonſtrato Petro vel baptizetur Petrus à tali, an talis ſit baptizatus, & qualiter eccleſia formam græcorum in baptizando poteſt abſq; periculo fidei tollerare, & quid ſi baptizans non dicat baptizo ſed lauo, & qd ſi obmittat pronomen, ego, vel pronomen, te, & quid ſi plures occurrunt baptizandi ſuper quos dicit baptizans ego baptizo vos in nomine &c. & ſupra omnes ſimul aquam proijcit, nunquid omnes ſunt baptizati, & quid ſi ſacerdos ex curialitate dicat baptizo vos, & vtrum hæc verba in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti poſſint mutari, dicendo in virtute vel in nominibus, & nunquid eſt idem in forma facti quod in forma verborum, vt ſi plures fiant immerſiones &c. & quid ſi baptizandus non immergitur, ſed ſolum aqua ſupra eum proijcitur, nunquid eſt baptizatus, & nunquid baptizans imprimat characterem in anima baptizati, & qualis debeat eſſe neceſſariò intentio baptizantis, & quid ſi ſarracenus cum mala fide baptizet, vt puta non credens aliquid de viribus ſacramenti: nunquid ille erit baptizatus, & nūquid fictè, aut per iocum vel deriſum recipiens baptiſmum, cenſetur baptizatus, ſcripſi extra de bap & eius effect. c. j. in primis. x. quæſtionibus, & in quæſtionibus acceſſorijs. Item nunquid ſufficit vna immerſio, & quid ſi baptizetur puer exiens de ventre matris, de quo non apparet niſi caput, & quid ſi totus puer appareat, ſed nō cōtingit eum aqua, niſi ſuper vna parte corporis, & quid ſi baptizet in nomine alterius vel baptizare non intendit vel ad malum finem tendit, & quid ſi baptizet in nomine patris vel Chriſti, & nunquid pronomen ego, vel pronomen te, ſint de ſubſtantia, & quid ſi cum aqua liqoor alius miſceatur, nunquid hoc nocet, & quid ſi credens puerum eſſe maſculum, illum baptizat, & nomen maſculi ſibi imponit, & quid ſi dicat ego te baptizo cum debeat dicere ego baptizo te, & nunquid vir & vxor poſſint ſuum puerum baptizare, ſcripſi in prædict. cap. j. in dictis collect. Item qualiter ſemel baptizatus, poteſt iterum baptizari & quis eſt miniſter proprius baptiſmi, & nunquid ad diaconum pertinet baptizare, & de quadruplici ratione quare non debet baptiſmus iterari. ſcripſi eodem titu. c. de quibus in quæſtione principali, & in quæſtionibus acceſſorijs. Item quale debet eſſe dubium propter quod, quis poteſt rebaptizari, & quid ſi pendente diſcuſſione dubij moreretur, & nunquid idem in matrimonio, vel in ordinibus, & qualiter laicus in caſu neceſſitatis valeat baptizare vel confeſſiones audire, & nunquid baptizatus mortuus & reſuſcitatus iterum debeat baptizari, & quare baptiſmus non reiteratur, & quare baptizandus primo exorcizatur, & nunquid exorcizatus ante baptiſmum liberatur totaliter à diaboli poteſtate, & nunquid chatechiſmus clericum percutiēs excommunicationem incurrit, & ſi exorciſmus obmiſſus fuerit, nunquid tenet baptiſmus, & nunquid exorciſmus fieri poteſt per acolitum, & ſuperiorē: & an qualibet die poteſt conferri baptiſmus, & quid ſi in vno magno vaſo vel litore quis baptizetur, nunquid tota aqua eſt ſacramentalis, ſcripſi de his omnibus in prædict. cap. de quibus in dictis Collec. Item qualiter baptiſmus debet conferri paruulis, & nūquid coactus, amens, vel dormiens baptiſmum, vel ordines recipiens, recipiat impreſſionem characteris, ſcripſi de his omnibus eodem titulo capitu. maiores. in ſecunda tertia & quarta quæſtionibus. Et quid de baptiſmo Ioannis, nunquid erat

eiuſdem efficaciæ,ſicut baptiſmus Chriſti & quis eſt miniſter
baptiſmi chriſti:& nunquid quilibet poteſt eſſe miniſter, &
nunquid peccat recipiens baptiſmum à non baptiſato.& nun
quid bonus angelus poteſt baptiſare,& nunquid miniſtri hu-
ius ſacramenti habent poteſtatem,quoad interiorem emunda
tionem & nunquid ſacerdos,qui in peccato mortali exiſtens
baptiſat,peccat mortaliter.& nunquid monſtruoſum debeat
baptiſari.& nunquid plures poſſunt vnum baptiſare,ſcripſi in
prædicto capitulo maiores.in octaua, & nona quæſtionibus
principalibus,& in quæſtionibus acceſſorijs. Item nunquid
virtutes conferantur in baptiſmo & quid ſi adultus virtuoſus
baptiſetur.& nunquid eſſet melius, differre baptiſmum pue-
rorum,& nunquid diſpoſitio voluntatis impedit effectum ba
ptiſmi.& character eſt cauſa immediata diſponens & quid ſit
character impreſſus in baptiſmo.& in qua parte imprimitur.
& nunquid ſanctificati egent baptiſmo,& charactere.& quan
do imprimitur character.& nunquid in ſacramento veteris
legis imprimebatur character.& nunquid in primitiua eccle-
ſia imprimebatur character.ſcripſi in prædicto capitulo maio
res.in decima & vndecima quæſtionibus.Item nunquid in ba
ptiſmo paruulorum aliqualis voluntas ſit neceſſaria. & vtrū
in baptiſmo ſit neceſſaria fides ipſius baptiſati.ſcripſi ibi in de
cima tertia,& decima quarta quæſtionibus. Item nunquid iu-
dæus vſurarius debet baptiſari: & quid ſi baptiſandus ſe im-
mergat alio baptiſante.& nunquid iudæus qui venit ad baptiſ
mum re integra,valeat pœnitere.& quare Chriſtus,à Ioanne
voluit baptiſari.& nunquid paruuli iudæorum,inuitis paren-
tibus valeant baptiſari.&quid de iudæo volente baptiſari, qui
cum pater eum teneret in carcere aquæ ſe immerſit,dicēs ego
baptiſo me in nomine patris. & cætera. ſed poſtea pœnitet.
nunquid debet compelli ad fidem,& nunquid rebaptiſatio fa-
cta propter dubium aliquid operetur.ſcripſi eodem titulo ca
pitulo debitum.in ſex quæſtionibus.Item quid ſi quis baptiſe
tur in aqua,cui vnum eſt admixtum.& quid ſi deferens ad ec
cleſiam puerum baptiſandum, videns in eo ſigna mortis, &
aquam non reperiens,ipſum proijciat in puteum,dicendo ver
ba apta in nomine patris & cætera nunquid eſt baptiſatus, &
& in cimiterio ſepeliendus.& quid ſi aqua baptiſmi ſit lutoſa
vel roſeacea aut qualitercunque tranſmutata,vel in lixiuio:
vel in balneo ſulfurneo & quæ eſt forma baptiſmi fluminis:
ſeu quæ requirantur ad illum:& quæ illum impediant: ex par
te impreſſionis characteris.aut ex parte immerſionis: vel ver
borum.aut ex parte poteſtatis:vel vnitatis ſeu intentionis ba
ptiſantis:aut baptiſati.& quid de baptiſmo flaminis. & quid
de baptiſmo ſanguinis. & quid ſi quis non velit baptiſari niſi
pecunia ſibi data ſcripſi eodem titulo capitulo vt non appo-
neres:in decima quinta quæſtionibus.Item qualiter ritus græ
corum quoad baptiſmum ab eccleſia tolleretur.& quid ſi græ-
cus baptiſans dicat in nomine parietis & tecti & fundamenti
credens per hæc inuocare virtutem trinitatis.& quid ſi dicat:
in nomine patris,& filio,& ſpiritui ſancto & quid ſi baptiſans
prædicto modo eſſet bonus clericus.& quid ſi intendebant ba
ptiſans:baptiſare: & baptiſatus:baptiſari non tamen credunt:
quòd baptiſmus conferat:niſi corporis ſanitatem . ſcripſi eo-
dem titulo capitulo vltimo in quinque quæſtionibus.Hæ om
nes quæſtiones mutuò coaleſcunt & ad vnam reduci,vt bre-
uiùs rem aperiamus,poſſunt.quę ita habet baptiſmi collatio,
forma omiſſa.an teneat,& valeat & non tenere videretur id-
que manifeſtiſſima ratione comprobari poteſt.Forma eſt quę
dat eſſe rei.l.ſi qui.400.§.quædam. ff. ad legem Falci.Omiſſa
forma corruit actus.l.tertia.§.idem ſcribit.ff. ad exhibend. &
maius eſt vitium formæ quàm materiæ ſed hęc omnia de for-
ma ſubſtantiali accipiēda ſunt· hac ſiquidem omiſſa actum cor
ruere certiſſimi iuris varijſque iuris partibus & reſponſum &
reſcriptum eſt nec poteſt per ęquipollens validari actus.Tolle
ſimile pulchrum de.l.prima.§.ſi quis.le premiet.ff.de verborū
obligationibus. Ecce verba ſunt de forma ſtipulationis non
poteſt cōtrahi ſtipulatio etiam per ęquipollens,omiſſa forma
Sed ad rem.Omiſſa ergo forma baptiſmi videretur actus bap
ptiſmi non tenere vt ex ſupraſcriptis elicere licet. Item per
quem modum quis depręhendere poteſt ſe nunquam fuiſſe ba
ptizatum,& quid ſi non deprehendit pro certo ſed dubitat,
ſcripſi de præsby.non bap.c.j.in prima quæſtione.Item vtrum
ſeu quis baptiſmus proſit paruulis,& adultis, ſcripſi de pręsb.
non bap.c.apoſtolica.in quæſtione.

SVMMARIVM.

1 *Natiuitatis ſpecies quæ ſint.*
2 *An conceptio virginis Mariæ debeat celebrari.*
3 *Quænam ſit pœna mitiſſima.*

Firmiſsimè. Naturaliter.i.lege naſcendi, dicit Apo-
ſtolus.ad Ephe.ij.c.cæteri.ſ. gentiles.H.
firmiſſimè.ij.pars.baptiſmi, vel aliquo ſupplente vicem eius.
ī.e.di.baptiſmi vicem Io.deſ.peccati damnationem.i.origina
le peccatum pro quo ſunt digni damnatione, perpetua. Hug.
¶ In glo.i.à natiuitate in vtero.adde vt hoc melius intelligas,
1 †ſcias ꝙ duæ ſunt natiuitates.ſ.in vtero,alia ab vtero,in vtero
naſci eſt in vtero animam infundi corpori ex vtero eſt naſci,
ex vtero in lucem prodire:vnde beata virgo, & Ioannes Bapti
ſta,& Hiere.cum orignali peccato nati fuerūt in vtero,& hoc
vult dicere litera ſequens,in principio ibi omnem hominē &c.
2 †Vnde conceptio beatæ Mariæ non debet celebrari: ſed nati-
uitas ex vtero bene celebratur,& ſancti Ioannis, quia in vtero
ſanctificati & eis fuit dimiſſum originale peccatum , ſcdm.H.
Et in fine.adde vel dic natura.i.naturali, & inſeparabili,vitio.
ſ.originalis peccati,qđ ab homine ſeparari non poteſt ſicut na
turalia ab homine non ſeparantur. ¶ In glo.i.pœnæ æternæ.
adde vel dic.i.originali peccato,pro quo debetur,ira. i. pœna
æterna. ¶ In glo.vel ſacramentum in fin.adde ad idem.xv.q.j.
firmiſſime. ¶ In gl.ī.e.ibi,mitiſſimam.adde.i.ideò dicitur mi-
3 tiſſima pœna,† quia pœnam materialem non patientur,ſcdm
quoſdam, ſed. H. dicit ꝙ tales cruciabūtur diuerſis pœnis aliâs
tormentis,vt hic tamen minus punientur, quàm illi qui actua
lia,addiderunt originali. Et in fi.adde idem dicit Aug.ꝙ meli⁹
eſt ſic eſſe, quā non eſſe quidam ſic exponūt ſempiterno igne.
i.perpetua morte.xxx.q.j. ad limina.Guido. Sciendum autem
ꝙ iſte canō in principio induci ſolet,quòd beata Maria mater
Dei fuit in peccato originali concepta: ſed alia argumenta au
thoritates & iura tam pro parte iſta , quàm pro parte aduerſa
facientia,ſcripſi plenè.in c.cōquæſtus.de ſer.in tertia quęſtio
ne.de quo etiam per gl.ī.c.proximo.vbi remiſi ad locum præ
dictum.Pro declaratione verò huius.c.& omnium ſequentiū,
vſq; ad finem huius partis,ſufficiant aliæ remiſſiones, quas de
di.ī.c.per baptiſmum.

SVMMARIVM.

1 *An hodie ſit abundantior gratia & an paruulis ſola fides ſufficiat.*
2 *Quare Abrahæ data ſit circumciſio.*

Quod autem apud nos. Hîc eſt mētio de
tempore gratiæ,
aqua baptiſmatis.i.baptiſmus qui fit in aqua, apud veteres,hîc
1 fit mentio de tempore ante legē,ſola fides,parentū.† Nunquid
non abundantior eſt modò gratia quā olim:nunquid ergo,ſi
olim ſola fides parentū valebat paruulis quantū nunc baptiſ-
mus, nonne magis debet nūc valere: propterea dicunt quidā
ꝙ nec tunc , nec modo tantum ſola fides parentum valet par-
uulis,& intelligunt hanc literam.ſ.ſola fides. i. ſacrificiū aliqđ
pro paruulis in fide parentū oblatum ab ipſis parentibus & nō
à paruulis, virtus ſacrificij ,ſacti à maiorib⁹ pro ſe ipſis,virtus.i.
efficatia.Lau.Alij dicunt virtus ſacrificij.i. ſignificatū ipſius ſa
crificij.ſ.fides operans per dilectionē in tēpore legis circūciſio,
& ita tam per illa ſacrificia,quā per circunciſionem delebatur
originale peccatū,ſed tamen deſcendebāt ad limbū inferni , &
2 ibi erāt ſine pœna, myſterij,† ſed videt contra de pœ.di.iij.§.cū
ergo in fi.vbi dicitur quòd circūciſio data eſt Abrahę in ſignū
iuſtitiæ non in cauſa iuſtificationis:ſed illud exaudi ſecundum
Lau.

Lauren.quo ad eum,quia inſtitutus erat , non quoad alios, & de hoc not.extra de baptiſ.maiores.iuxta prin.ver.ſicut enim ¶ In glo.hinc colligitur &c.ibi etiam videas.virtus.id eſt,propria deuotio in ſacrificio,quod fiebat , pro illis vt mundarentur ab originali,dicunt tamen pleriq; ſacrificiũ propter actualia tantum adultis fuiſſe neceſſarium,tunc & ad delendum originale ſufficere propriam fidem. B.hiſpa. pro his. hic mentio fit,de tempore legis. Abrahę.Gen.xvij.c.myſterium.i. circuncisio,quæ erat myſterium,& ſacramentum, ſcilicet baptiſmi. ¶ In prima glo.ibi,quam tunc.adde, ſcilicet tempore legis. Et ſecus eſt.ſubaudi & ideo facta eſt imitatio circuncisionis. Præterea,quia hoc eſt ſacramentum communionis,quia conuenit vtriq; ſexui. Item ne videatur Deus , aliquid in nobis creaſſe ſuperfluum,vt.xxxv.diſtin.ab exordio. Guido.

✠ SVMMARIVM. ✠

1 *Cui primum circuncisio præcepta fuerit , & baptiſmus cuius rei ſit ſignum.*

1 **Ex quo.** Inſtituta.id eſt,præcepta abrahæ & in eo ſe in eius,id eſt,omnibus hebręis,Abrahę enim primo circuncisio præcepta eſt.Hug.ſignaculum.i. ſignum.ſignatæ rei.i.habens ſimilitudinem rei ſignatæ,ab ea,vt ſicut carne libidinis,id eſt,membrum quod eſt inſtrumentum exercendæ libidinis homo in circuncisione ſpoliatur ſic anima ſpoliatur omnibus ſordibus proprię natiuitatis,& ſubdit cuius rei ſit ſignum,ſcilicet iuſtitiæ.fidei.id eſt,iuſtitiæ quæ ex fide, id eſt,iuſtificationis,ſcilicet remiſſionis peccatorum. Hugo. iuſtitiæ. Gene.xvij.& dic,id eſt,iuſtitiæ,quæ eſt ex fide.paruulis. adultis valebat ad remiſſionem peccatorum originalium. arg.ſ.c. proxi.j.eo.diſtin.à paruulo.B.hyſpa.¶ In prima gloſſ. ibi,baptiſmus.adde,ad hoc facit,quod legitur & notatur.ſ.j q.j.c.dedit.aliâs credit ¶ Et ibi,poſt mortem adde,de hoc legitur & not.j.eo.propriè.verſi.ipſa igitur.Guido.

✠ SVMMARIVM. ✠

1 *Iuſtitiæ gradus quot ſint.*

2 *Baptiſmi fructus quis ſit.*

Per aquam. Paſcha.ideo tunc celebrari debet generalis baptiſmus.j.eo.propriè.c.venerabilis &.c.ſeq. non moritur.id eſt,non eſt dignus mori æternaliter. non omnis.verſi.ſanat.mundat animam à peccatis.gratia chriſti.ſuper quam profertur gratioſa forma , à Chriſto inſtituta cum intentione baptizandi elementum.j.q.j. detrahe. conſecratiu.id eſt,forma baptiſmi.B.deſcendat.inuiſibiliter.j.eo.c.

1 vouit.ad Ioannem. Matth.iij. & Ioan.j.c. omnem iuſtitiam. id eſt,omnem gradum iuſtitiæ,cum tres ſunt eius gradus, ſcilicet ſubdere ſe maiori,& nõ præferre ſe ęquali,ſubdere ſe ęquali,& non præferre ſe minori.ſubdere ſe minori, & præferre ſe nulli,& hunc impleuit Ieſus , ſubdendo ſe Ioanni primus omnium iuſto eſt neceſſarius.Secundus eſt abundans,in tertio eſt omnis iuſtitia. B.hyſp.in te.ver.ad baptiſmum deſ. Matth.iij. ſpiritusſanctus. Io.j c.quæritur.verſic.nunquã.aliâs,non quaſi. ¶ In glo.i.à peccato.ibi,mundari.adde,non videtur bona hæc expoſitio quãuis fuerit Hug. & hoc propter id quod ſequitur. Sed dic,ſecundum. H.à peccato originali.i.debeo liberari,à te, à pœna quæ debet mihi,& alijs pro originali peccato , de hac pœna no.ſ. e.c.ij.in gloſſ.vel dic aliter,ibi.baptizari.i.à te,qui

2 tollis peccata recipere fructũ baptiſmi.ſ.vitam ęternã. Scias tamen,quòd iſtam expoſitionem,quã ponit hîc glo.ponit expoſitor,ſuper illum locum. Matth.vnde hæc verba habentur, ſecundum iſtam expoſitionẽ ſi vera eſt,videtur quod Ioannes baptizatus.non erat ab originali peccato mundatus, ad quod dicendum eſt,quòd loquitur in perſona &c. vt ſequitur in glo.ſecundum. H.& ſic tota hæc glo plana eſt & bona.Et in fine.adde,de hoc no.xxij.q.ij.c.cum humiliatis.ibi vide.

✠ SVMMARIVM. ✠

1 *Aqua per quã regeneratur.*

2 *Chriſtus quare voluit baptizari.*

Nunquam. Aqua baptiſmi i.aqua quæ eſt baptiſmi vel.i.baptiſmus,in aqua celebratus. poſ-

1 ſet.ſub.manente tali diſpoſitione.H tactu.dominici.vim. regeneratiuam ſuſcepit aqua,per contactum dominici corporis vt hîc dicitur ſed pleniorem cum de latere eius fluxit ſanguis, & aqua.j.eo.diſt.propriè in ſi.pleniſſimam. cum dixit euntes baptizate &c.vt hic.eo.ti.c.ſanctificata i.vis regeneratiua fuiſſet ei collata,tactum enim ſuæ mundæ carnis Chriſtus vim regeneratiuam contulit aquis .ſ. vt qui poſtea immergerentur aquis,inuocato nomine trinitatis,à peccatis mundarenť,quod nihil aliud fuit,niſi quòd tunc inſtituit baptiſmũ fieri in aqua. per aquam confertur gratia,qua regeneramur , & hæc eſt vna

2 de tribus cauſis, quare Chriſtus voluit in aqua baptizari. Et adde quod dixi.ſ.e.c.j.in glo.conſueuit quęri &c.alię aſſignantur.j.eo.ſi baptizati.c.non regenerabuntur . hanc tamen vim regeneratiuam collatam aquis tota trinitas operatur.j.eo.venit ſecundum.Hug.Guido.

Secunda pars quartæ di. de cõſe.

Non ratione. Hic incipit ſecunda pars quartæ diſtinctionis , de cõſecratione,in qua probat magiſter quòd non debet fieri baptiſmus,niſi in paſcathe, & pentecoſte. Ioã.de ſic. Et hoc ſic continuatur.ſ.de efficatia baptiſmi,& quid baptiſmus operetur perdocuit nũc verò oſtendit,quo tẽpore debet celebrari baptiſmus ſecundũ.H.

Duo tempora. In his temporibus non debet celebrari baptiſmus,ante veſperas ſabbati,cum iam incipit dies dominicus , in quo baptiſmus celebrandus eſt,& ſi ante celebretur baptiſmus male ſit:nõ tamen baptiſmus,tunc intuitu ſabbati ſed diei ſequentis , vnde notabiliter dicit litera,Paſcha,& Pentecoſten. Alij in hoc ſomniantes dicũt,quòd ſit ſabbato,quod requies interprętatur, ſed male dicunt ſecundum.H.baptizandus.i.ſolenniter.Guido.

✠ SVMMARIVM. ✠

1 *Chriſtus verè baptizat,& de effectu baptiſmi.*

2 *Bonus angelus an poſſit baptizare.*

3 *Diabolus an poſſit baptizare.*

4 *An plures vnum,& econtra poſſint baptizare.*

Propriè. I.qualitate facti exigente,& efficacia baptiſmi quæ tunc fuit plenaria.H.I.eu.crucifixi. id eſt, ratio quare celebratur baptiſm' in die ſabbati ſancti.mortuus. id eſt,in eo tempore,quo mortuus eſt,& reſurrexit.vt. ſecũda ratio i.cum operetur reſurrectio.q d.hæc eſt vna cauſa,quare inſtitutum ſit,tunc baptiſmum celebrari , alia aſſignatur.j.ſ. quia efficacia baptiſmi ex tunc valuit. H.& dic.operetur.i. repręſentetur vita.i.reſurrectio.dicẽte apoſtolo. ad Roma.vj.c.

1 baptizati.i.vitijs purgati.H.in chriſto Ieſu.i.in forma à chriſto inſtituta vel.i.per Chriſtum,qui verè baptizat.i.interius à vitijs mundat.H.cũ ſepulti.ſicut enim ille ſepultus eſt, & ſubtractus à conſpectu hominum,ita & nos per baptiſmũ à vitijs renouemur,& ab eorũ cõſpectu ſubtrahimur.in morte vitiorum.vt poſtea exponit.ambulemus.iuxta illud, & ambulabũt de virtute in virtutem,de pœni. di.ij.dum ſanctã. complãtati. firmiter inhęrentes,per fidem. H.ſimilitudini. quæ ſimilitudo repręſentať in baptiſmo,vt.j.ſequitur.ſimul i.mox.H.erimus ſ.facti cõplantati.ſimilitudini. reſurrectionis Chriſti.i. firmiter inhærebimus ſimilitudini reſurrectionis Chriſti , vt ſicut depoſita vetuſtate pœnæ,nouus reſurrexit, ita & nos in nouitate vitę ambulemus.diſputauit.i.diſputando oſtendit,ad Ro. vj.geruntur.i.dum baptizatur. H.geſta in morte,& ſepultura, & reſurrectione eius. H.congruere.aliâs congrue, & tunc repete apparet regula.i.in regulari facto baptizandi.mors Chriſti interuenerit.i.repręſentať. H. interfectionẽ.ver. q in ipſa im-

merſione ſignificatur ipſa igitur verſiculo tertia ratio, dicens.
Matthęi vltimo. c. baptizantes nos diſcipuli, vt præmittitur.
a infra eodem prima. G. iuxta finem † ſed quæro vtrum bonus
angelus poſsit baptizare, dicunt quidam, quòd non: quia hæc
poteſtas data eſt hominibus, vt hîc, ad hoc dicebat Petrus.
quòd angelo bono non competit baptiſare, nec eccleſiam
conſecrare, vel huiuſmodi ex officio. poteſt tamen ex ſpeciali
mandato dei, ei competere, & nunquam vſurpat ſibi alienum
officium, niſi haberet ſpeciale mandatum, ideo ſi ſciatur bo-
nus angelus eſſe, non eſt poſt eum rebaptiſandum: nec etiam
eccleſia conſecranda. idem dicit Thomas & ponit exemplum
3 de conſecratione templi beati Michaëlis † itē quæro vtrum,
diabolus in ſpecie hominis, poſsit baptiſare ad hoc dicunt prę
dicti Tancreti & Petrus. quò diabolo poteſtas baptiſandi non
poteſt competere, nec ex officio, nec ex ſpeciali mandato: non
enim poteſt eſſe miniſter officiorum ſalutis. ſed punitionis, &
ſemper præſumendum eſſet, quòd hoc non faceret intentio-
ne baptiſandi, ſed decipiendi. & ideo nullo modo poteſt bapti
ſare, & ſi baptiſaret nihilominus eſſet rebaptiſandum, ſecun-
dum eos additur. ſecunda pars. & cum verſiculo. effectum. id
eſt baptiſmum hoc autem, tertia pars, apoſtolica authoritate.
actuum ſecundo conſecrauit. actuum ſecundo capitulo. hîc
4 patet, quòd vnus poteſt plures ſimul baptiſare. † ſed nunquid
plures vnum ad hoc dicebat Petrus quòd ſic, dum modo, quan
do plores vnum baptiſant, quilibet intendat totum facere, &
quando vnus plures baptiſat, intendat baptizare omnes plu-
ralitas enim miniſtrorum, aut ſuſcipientium, non pertinet
ad neceſsitatem ſacramenti, tamen propter maiorem diſtri-
ctionem iſtud fieri non debet, ſine neceſsitate magna, aliâs pec
caret ſed quibus verbis vti tunc debent dicit Thomas. quòd
cum plures baptiſant ſi dicunt, nos baptiſamus, non eſt bapti
ſat⁹. ſed quilibet dicat, ego te baptizo, baptiſatus eſt. & videtur
idem Thomas ionuere, quòd ſi vnus baptiſans dicat, nos bapti
ſamus, nihil facit. Qui autem dicit baptiſo vos, cum plures ſi-
mul baptiſaret baptiſatum eſt, ſed peccatum, niſi eſſet mag-
na neceſsitas. ſed Petrus dicit ſic, puto tamen verius, quòd ba
ptiſatum ſit. ſi dicat nos baptizamus, quia modus exprimendi
actum non eſt de ſubſtantia formę. & ideo etiam cum dicitur
ego baptiſo vos, ſeruator ſufficienter forma eccleſiæ. ſed quid
fiet quando baptiſandum eſt monſtrum natum cum duobus
capitibus, an ſcilicet baptiſari debeat, vt vnus homo, vel vt
duo? ad hoc Tancretus dicit, quòd quando monſtrum naſci-
tur, aut certum eſt duas eſſe animas rationales, aut non eſt cer
tum. eſt autem certum, ſi ſint duo capita, & duo colla, & duo
pectora, quia erunt per conſequens duo corda, in tali caſu bap
tiſandi ſunt, vt duo, & quamuis præſumatur, quòd plures poſ
ſunt ſimul baptiſari, dicendo ego baptiſo vos & cætera. tu-
tius tamen eſt eos baptiſare ſigillatim amplius non eſt dubiū,
verbi gratia, ſi non ſunt duo capita, bene diſtincta, vel duæ cer
uices bene fundatæ in eadem inita, tunc primò baptizandus
eſt vnus, deinde illo baptizato, poteſt alter dubie baptizari,
dicendo ſi non eſt baptiſatus, ego baptiſo te & cætera. dicit.
actuum ſecundo. his auditis, ideſt audita prædicatione beati
Petri. In prima gloſſa in fin. adde. ſi hoc verum eſt, quo modo
dicitur quòd Iudas baptiſmum dedit & cætera. vt ſupra pri-
ma quæſtione prima dedit, & ipſe iudas ante Chriſtum deceſ-
ſerit, vt de pœnitentia diſtinctione tertia. ſceleratior, dicunt
quidam, quòd Chriſtus formam baptiſmi dedit cum à Ioan-
ne baptiſatus eſt, ſupra eodem per aquam. & tactu corporis
ſui aquam ſanctificauit. ſupra eodem priuſquam. & ante paſ-
ſionem diſcipulis preces, vt in iuda tantum baptiſarent, cum
dictum eſt illis, in viam gentium ne abieritis, Matthæi deci-
mo. & ſeptima quæſtione prima denique & tunc iudas bapti-
ſauit in formâ à Chriſto data dicitur autem, quòd poſt reſur-
rectionem baptiſmi dedit formam, quia tunc generaliter de-
dit eam, & quantam ad omnes prius data, quantum ad iudæos
fuit. vel dici poteſt, ſecundum eos, quòd formam baptiſmi. tan
tum dedit Chriſtus exemplo, quando baptiſatus fuit. formam
verò verborum poſt reſurrectionem expreſsit in qua verò
forma verborum diſcipuli baptizarent, dicunt ſe, non recor-
dari expreſſum authoritate, vel in qua forma Chriſtus fuerit
baptizatus, tamē qui tunc, ab apoſtolis chriſti baptizabantur,
peccatorum remiſsionem conſequebantur, ſecundum eos, ad-
de de hoc tangitur. ȝ. eo. diſtin. in ſumma. ¶ In prima gloſ. ibi,
reformauit in fine. adde, reſpicit literam præd. in morte cruci
fixi &. reſurrectione ex mortuis. quam expone, vt ibi dixi. ¶ In
glo. id eſt cuiuſcunq; conditionis. adde, ſub. quorū nulla eſt dif-
ferentia, quoad ſacramenta. xxix. q. ij. §. j. & c. j. ¶ In gloſſ. id eſt
ad ſimilitudinem. ibi mors eius. adde. i. fides mortis eius. Hugo.
aliqui dicunt, in morte. i. peccatorum ablutione & mortifica-
tione. ¶ In gloſ. i. per ſimilem formam. adde. ſ. facti quod fit in
baptiſmo. Hug. ¶ In gloſſ. i. ſimilitudo facti. adde, id eſt modus
operandi, quem habet qui baptizat. ¶ In glo. i. efficacia. ibi, cū
reſurrectione. adde de hoc not. ȝ. eo. ex quo. ¶ In gloſ. ȝ. diſtin.
in fine. adde hoc vult dicere, quia ad diſcipulos loquendo om-
nes comprehendit, vt in iſto. c. hîc alleg. miramur cū ſuis con
cordan. ¶ In glo. ſed quomodo. ibi, ſuper pedem. adde. arg. con
tra. ȷ. eo. prima. verſi. toto corpore. Et in fine. adde, vbi de hoc
& not. Goffre. in ſumma, de bap. §. item quæritur quid ſi &c. &
Inno. extra de bap. debitum. Guido. De hoc autem vtrum an-
gelus poſsit baptizare, remiſſ. ȝ. eo. perlatum.

SVMMARIVM.

1 *Dies epiphaniæ habet baptiſmi priuilegium.*

Si quis autem. Hic eſt. c. ſecundum Hug. aliâs non
eſt. c. & ſic videtur Ioan. ſentire. ȝ. e.
in glo. i. efficacia verſi. ſed videtur quòd eſt aliâs glo. per ſe. ba-
1 ptizatis. ſolenniter celebrandi hoc ſcilicet † quòd dies epipha-
niæ habeat priuilegium baptiſmi. ad baptiſmum Ioannis. j. &
Matth. iij. i. ad Ioannem baptizantem, aliâs eſſet. arg. quòd Io-
annes fuit baptizatus. baptiſmi. ſcilicet Ioannis, & ſic videtur
intelligere gl. hîc poſita, vel dic. baptiſmi. id eſt Chriſti qui in
eo non habuerunt effectum, qui habetur in alijs. pertinuiſſe. in
his qui baptizati ſunt à Ioāne, vel in chriſto, de quibus dicitur.
Ioan. j. c. non ex ſanguinibus. ſcilicet viri. vel ex voluntate. i.
concupiſcentia. Lauren. Matthę. iij. c. voluit circuncidi. Lucæ.
iij. ex muliere. Matth. v. c. apoſtolus ait. j. ad Corinth. xj. c. ad
Corinth. xj. c. ad Gala. iiij. ſoluere. Matth. v. c. finire. id eſt, ter-
minare quoad ſuperficialem, & literalem intellectū. ſicut apo-
ſtolos ad Heb. vij. xxij. ad Corinth. j. c. j. ad Thimo. j. c. docuit.
in Apoc. c. j. & vltimo. profluxerūt. Ioan. xix. c. redemptionis.
ȝ. eo. in calice. ¶ In. j. gloſ. ibi, remiſsio peccatorum. adde, nam
per illud baptiſmum corpus lauabatur exterius, non munda-
batur interius à peccato ¶ In gl. chriſtus in fine. adde, id eſt da-
tor iuſtitiæ omni credenti. Lau. ¶ In glo. id eſt, plenam in fine.
adde de hoc. ȝ. eo. propriè. Guido.

De cathecuminis. Hi qui baptizati non tantū
H. ¶ In. j. glo. in fine. adde, de
hoc etiam legitur & notatur. xviij. di. c. peruenit. in fine ibi vi-
deas. Guido.

Baptizandi. Scilicet ſolenniter, & eſt ratio, quare in
iſtis duobus diebus, vt chriſto mortuo
commoriamur, & ſepulchro conſepeliamur, & reſurgenti re-
ſurgamus: quia immerſio mortem, & interfectionem peccato
rum deſignat, & triduanam ſepulturam &c. & ab aquis eleua-
tio &c. vt ȝ. eo. propriè. in pentecoſtem verò. vt ſpiritum ſan-
ctum in baptiſmi ablutione accipere mereamur vt ibidem. ſa-
cramentum. i. feſtum. Guido.

Conſtat. Docuit quando baptiſmus debeat celebrari,
nunc quibus liceat baptizare, aliquantulum
prolixe ſequitur. Vnde hîc conſueuit eſſe talis notula, quibus
baptiſma debeat, vel poſsit miniſtrari, abhinc oſtendit, ſecun-
dum Hug. nec ipſis. verſi. quod. verſicu. permittitur. ȷ. eo. diſt.
ſanctum. & j q. j. quod quidam. xxx. q. j. ad limina. Guido. Dia
conis verò ita baptizare licere hoc textu ſcribit Gratia. ſi im-
mineat neceſsitas, & præsbyter longè abſit. Hoc idem & laicis
quod Diaconis concedit hîc textus.

Tertia pars

Tertia pars.iiij.diſt.de conſecra.

Mulier. Hîc incipit tertia pars quartę diſtinctionis,de cõſecra. in qua pobat magiſter per.xij.capitula , quòd in neceſsitate baptiſmus poteſt fieri,á quocunq;.Ioan.de ſic. niſi in neceſsitate.in neceſsitate miniſtrorum.i.clericorum.non inueniuntur.in loco,vbi vrget neceſsitas.laicos. at. defectum perſonæ legitimę,minus legitimam ſupplere.ar. iiij.q.iij.c.ſecundum.xiiij.q.ij.quanquã. acceperunt. vnde præſumptio eſt eos ſcire,qualiter dare debeãt.j.q.j.quòd quidam. Hug.Guido.

Romanus. Iudicat.id eſt,attendit. ſi ſpiritum.ſubaudi attendit.vulgatorum de iſtis etiam habetur.ſ.xxviij.diſt.c.vlti.xv.q.vlti.c.vltimo.

SVMMARIVM.

1 *Baptiſmus nomine Chriſti fiebat cuius nomine tres perſonæ intelliguntur.*
2 *Trinitatis opera ſunt indiuidua.*
3 *In primitiua eccleſia,ad tempus baptizabant apoſtolica.*
4 *Quare Chriſtus certam formam præſcripſerit.*

A quodam. In pagano.paganis dicitur , qui nec baptizatus eſt,nec circũciſus.H.præfecto. ſecunda pars.actibus apoſtolorum.ij.c.legitur.ſ. quòd apoſtoli baptizabãt in nomine Chriſti.exponit.in libro de ſacramentis.Ambroſius.† dicit ambroſius,cum dicitur in nomine chriſti,per vnitatem nominis impletum eſt myſteriũ, nec à chriſti baptizare ſeparatur ſpiritus,quia chriſtus baptizauit in ſpiritu,hæc authoritas,ſecundum.H.exponenda eſt ,cum dicitur baptizo te,in nomine Chriſti.per nominis. vnitatẽ.i. quia per hoc vnum nomẽ.ſ.Chriſtus.tres perſonæ.ſ. vnctus, vngens,& à quo vngitur intelliguntur,vt etiam hîc dicit gloſ. impletum eſt miniſterium.i.plenũ eſt ſacramentũ nec.Chriſti baptizante.i.annuntiatione ſpũali.quæ fit in baptiſmo Chriſti,vel quę ſignificatur per Chriſti baptiſma. ſeparatur ſpiritusſanctus.
2 † quia indiuiſibilia ſunt opera trinitatis ſ.eod. diſtin.iiij.c.vltimo.in fine.xxviij.q.j.ſic enim,q́a chriſtus baptizauit ſpiritu i.interius mundauit,in baptiſmate per ſpiritumſanctum,& q̃ ita debeant intelligi tres perſonæ,in Chriſti nomine, idẽ Ambroſius oſtendit ibi Deum,ſub.ſi Chriſtum dicas,& patrem à quo iniunctus eſt filius,& ipſum qui vnctus filium,& ſpiritum quo eſt vnctus deſignaſti. Et hoc eſt,quod vult dicere hæc litera,da quam pauci aduertũt.non illarum.qui baptizãt eius ſcilicet Chriſti qui baptizat interius,ſic.j.eod. proxi.in fine. ¶ In glo.j.eo.diſt.ibi,Grandulphus.adde,& Baz.ſecundum Goffr. Et ibi,poſterius ſit.ſic adde,item Ambroſius fuit poſterior illis,& ita minores fuerũt qui hoc dixerunt.ſ.Nicolaus,& Am-
3 broſius.† Sed ad hoc poteſt dici,ſecundum Hug.quia iſti duo. ſcilicet Nicolaus & Ambroſius reſpexerũt ad illa antiqua tempora,quando ita faciebant apoſtoli,nam olim in primitiua eccleſia inſtructu ſpiritusſancti,ad tempus eſt baptizatum in nomine Chriſti,vt nomen Chriſti dilataretur,& credendum eſt enim,q̃ apoſtolis diuinitus fuit reuelatũ,vt in nomine Chriſti baptizarent:ſicut hebræis , vt ægyptios ſpoliarent. xxxvij. diſt.§ ſed eccleſia.xiiij.q.v.dicit. Vnde dicebat ipſe Hug. quòd poſtquã,illud nomen Chriſti innotuit omnibus , ſic baptizari non licuit,nec licet,& ſi quis ita baptizauerit non eſſet baptizatus,ergo generaliter forma euãgelica tenet niſi præter eam confertur baptiſmus.ſ.eo.firmiſsime. j.eo.ſi non ſanctificatur
4 c.de arrianis.† Quare enim Chriſtus formam certam præſcripſiſſet,niſi neceſsitate quadam aſtringeremur ad illam ſeruandam.Et hanc ſententiam tenet.H.G.ſuper quatuor ſententiarum.& generaliter omnes theologi. Sed præd. gloſſ. quæ fuit Lauren.facit quia hîc Nicolaus reſpondet ad conſulta bulgarorum,& ſic ſua reſponſio continet ius commune,& generale vt extra de vo.& vo.redẽ.ex multa j.reg. ergo omnes adſtringit,extra de conſti.c.vltimo,& ſic videtur , quòd licet non debeat fieri,factũ tamen tenet,ſecundũ Lau & Ioã. pro dicto.H. & theologorũ facit expreſſe,extra de bap.c.j. vbi ſatis de hoc ſententiã.Ioan.& Lau.tenet Gof.prout not. in ſumma de bap. § item nunquid baptizatur in nomine Chriſti &c. ſed Hoſti. videtur tenere,cum alijs, prout not. in ſumma.eo.tit.§ quæ ſit eius forma.ver.quid ſi dicat &c.ibi videre poteris. Et adde qđ dicam.j.eo.ſatis oſtendimus. ibi videas.&.j.c. ſi non ſanctificatur. Et ibi.valet baptiſmus.adde idem,no.j.c.multi,ibi dicã Guido.

Si inter. Melior.j.eod.cum tantum. quando.i. quia baptiſmus datur,vt in ſacramento euchariſtiæ.ſ. eo.diſt.ij.vtrum.æquale eſt.i.eiuſdem efficacię eſt.non illorũ. i.qui baptizant.Ioan.Guid.

SVMMARIVM.

1 *Quæ poteſtas ſoli Deo conceſſa ad alium non eſt transferenda.*

Baptiſmus. Item.verſi.mouerat.cum dixit hîc eſt de quo dixi vobis, quia prior me erat ,vel cum dixit hîc eſt qui batizat in ſpiritu ſancto.Lau. Ioannes.j. c.& Marc.j.c.dominum.ſ.filium Dei,nouerat.cum talia dicebat.H.quid verò.verſi.tranſituram.i.nouerat. nõ tranſituram, & ſic eſt planum,vel prius neſciunt non tranſituram.Sed in ſecunda columba dicit,non tranſituram aliquato.j.c.aliud. niſi niſi quo ad officium.Lau.poteſtatem.i.dignitatem dimittendi
